FLG
Fundación
Lázaro Galdiano

BIBLIOTECA LAZARO
INVE 15443
MS 1 - 22

FLG
Fundación
Lázaro Galdiano

FLG
Fundación
Lázaro Galdiano

FLG
Fundación
Lázaro Galdiano

BIBL
Sacra
M.S.

Tom 2

FLG
Fundación
Lázaro Galdiano

FLG
Fundación
Lázaro Galdiano

BIBLIOTECA LAZARO
Inv.: IMOE 15443
MS - 1 - 22

FLG
Fundación
Lázaro Galdiano

✠

BIBLIA SACRA MANUSCRITA Membranacea.

Tomo II.

TESTAMENTO NUEVO

Fundación Lázaro Galdiano

De D. Juan Antonio Fernandez Archivero General del Orden de Santiago

FLG
Fundación
Lázaro Galdiano

INDICE
de lo que contiene este Tomo 2.

Evang. Math. *p.* 616.
Marc. . . . . 646.
Luc. . . . . 666.
Joan. . . . . 696.
Epist. Paul. *ad Romanos* . . . . . 718.
ad Corinth. I 727
ad Corinth. II. 738
ad Galathas . . . 746.
ad Ephesios . . . 750.
ad Philipp. . . . 754.
ad Colocenses. 757.
ad Thesalonic. 759
ad Timoth. . . . 760
ad Titum . . . 764.
ad Philemon 766.
ad Hebreos . . 767
ACT. APOSTOL. 775.
Canonic. Jacobi. 806.
Canonic. Petri. 809.
Canon. I. Joan. 814.
II. *Idem.* 817.
III. *Idem.* 817.
Canonic. Judæ. 818.
APOCALIPSIS . . 819.
Interpretationes *seu Onomastic.* 834.

Fundación Lázaro Galdiano

FLG
Fundación
Lázaro Galdiano

FLG
Fundación
Lázaro Galdiano

FLG

Fundación
Lázaro Galdiano

PROLOGVS

Matheus ex iudea sic
primus nostrae
pontifex ita euan
gelium in iudea
primus scripsit
Christus uocatio ad
dm ex publicanis
factus fuit. Nostra generatione
xpi principia pstitere: unus cum
prima carnis ratio i carne alterius
christus sedm eos electo fuit. Et uel
qs n. pstitit xpe sic ordinatio nri
meto ratione posito principi
um a credendi fide in electionis
xpe pontifex. et electione usq
in transmigrationis diem dirigens. atq a transgressionis die
in xpm diffinens decursum q
adventus dni ostendit generatio
ne. Antio scriptaens. et xpi ut
se quidem esset ostendere. edit in se
opus non scribens. Et in his quoq
genus posuit xpi quantus a pu
ero testimonium nō negare. Ut
rum ostinetum xpe ordo nris dis
posito ut nato qd fidei nec dm eos
xpe. Et qm fos est ex muliere fos
sub legem natus ex uirgine passus
in carne omia in carne fuit ut
triumphans ea in semet ipso re
surgens a corpore. et pis nom in
pis. filio. et filii nom pi restitu
ens in filius sine principio sine
fine ostendens se patri cum pie
de quinus e. In quo euangelio
uale e desiderantibus dm sic prima
ut media. ut perfecta cognosce
ret. et nocatione apli. et opus euan
gelii. et dilectione dei in carne nas
cens per uniusa legentes mel
ligant. et qd in eo impleni
si fe. et apprehendere poterint.
et cognoscant. sibis. n. hoc in stu
dio argumentum fuit. et fidem fe
ret traditio. et operantis dei mel
ligendam diligenter e dispositio
ne q ueritatis n tacere.

Incipit euangelium matheo

Matheus cum primo
predicasset euan
gelium in iudea
uolens transire
ad gentes primus
euangelium scripsit
hebraice quod fribus
quibus ibat ad me
morandum reliquit. Sed non fuit
ad affirmationem fidei euangelii pre
dicandi sic ut uerum hence scribi. Sum
autem pres euangelium scripserunt. tun
tum auctoritatis hnt testimonii
et per uniuersum mundi pres fidem nri
tanto tantum. et fe quanto uisti
in qdriga dni quae uehit eum per
predicationem euangelii et genus hu
manum qd redemptum et emptum
cum eius predicatione uniuersaliter.
Unde et alion euangelia dicuntur
nec recepti fe et eis uolebat finitu
mum cassari pp auctoritatem sanctorum
designantur. Et iam euangelistae.
uti figuris et ni sint decepti. Sic
secundum mysteria libri esaie. matheus
in hoc mysterio intelligitur. et euangelium
intrare xpi principaliter inter
matheus i leone et agit de resur
rectione. lucas i uitulo agens de sa
cerdotio. Johannes i aquila scri
bens sacramenta diuinitatis xpi
sicut qm describunt. homo fuit de
integre natus. uitulus i immola
tione. leo i resurrectione. aquila i as
censione ut in hoc humanitas.
In uitulo sacerdotii. In leone regni
ni. In aquila exprimitur diuini
tatis sacramentum.

Dum natiuitate xpi magi cum
muneribus uenissent. et ioseph
ab angelo per uisum admonitus
et puero et matre eius i egyptum fugit
Infantes mactantur. Regressio
ihu ab egypto nazareth. de baptis
mo ioh i iordane. de xpi baptismo. Ipse
post ieiunium. et diuinum. et nocturnum
tentatur a diabolo. Petrum et an
dream Jacobum et iohem piscatores

conuocat et conuenientes galileam ma
nos languentes hominum curat. Secun
dum et certa mandata. i. de homici
dio. de oblatione. de adulterio. de o
culo uel manu eruenda. uxorem
nisi ob adulterium non dimittenda
de iuramentis de oculo et dente. Ini
micos diligendos. de elemosinis
non retinendi. de thesauro celum
Lucrum cupis esse celum. et non posse
duobus dominis seruire cogitand
de eleo. et testimonio. non letitiis. et
uis agri. et sollicitudine dici. non
euidentand de festuca et trabe. i. celo
de margaritis dari porcis. petendi
quaerend. et pulsand. De pseudoprophe
tis omnis qui dicunt mihi domine
domine intrabit in regnum celorum. De do
mo edificata super petram. et sa
xum descendens demonstrat. lepsum
mundat. puer centurionis para
lyticum curat. socrum petri a febribus
liberat. de pluribus curis. et seruiendo
uenit ipse qui dicit non hic filium
hominis ubi caput reclinet. arg. alitre
uido pius corpe sociatur prepit. In
nauicula dormiente cessant dis
cipuli ab tempestate sedauit. mu
lier gerasenorum demonia eiecit. V
ut paralyticus lectum tu. Matheum
uocat. ac phariseis murmurantibus
de conuiuio publicanorum dicit
non esse sanis opus medico discipulis
ioannis interrogantibus qui non iunarent
discipuli eius. Parabolam panni et
calcare. et uinum. et uinum pontifi
cum filiam principis mortua eum
uadit suscitare. mulierem apellu
uo libat. cum oculi apuuntur. sur
dum et muti demonstrant. et
in principe demonum id facere
Dat. xii. apostolis mittit et omnem doc
trina ac dicit qui non pacem uenit
mittere in terram gladium. Iohs
de carcere ad ihm. et ipse de iohanne
ad turbas loquitur. arg. merepar
cuitas quie prisam non egere. Con
fessio ipse ad patrem. et iugum enim le

ue est. Discipuli spicas uellunt ma
nducandum sanat hominem a demo
nio aerum. et mittit cum. et in pri
cipe demonum id facit apparentes
destruit phiseis signum petentibus
tone ninuitarum signum ueri dicit
matrem et fratres ipsum sedens in
nauicula ipse uobis parabolas ex
pon. et seminante sem. c. lx. et xxx.
de zizania in tritico. de grano sy
napis de thesauro abscondito in ag
ro. et exclusit discipulis parabo
lam zizanorum. parabolas de thes
auro magno de bona margarita
de rete misso in mar. apha et pua
sua sin honore. de iohannis ca
pite decisso. de v. panibus et duobus
piscibus in v. milia uiros. qui su
per mare ambulat. et petrum
mergentem alleuat. et mera gene
sar multos languidos curat. de
manibus lauandis et dehis que
de ore exeunt et conuiuantur
id que intrant in hore. filia mu
lieris chanaanitide a demonio.
curat. et ceus in mare galilee clau
dos oculos. muutos sanat. De v.
panibus et duobus piscibus. iiii. mi
lia hominum. De signo tone pise. de
fermento phariseorum. De epatu petri
cum increpat. et dicit. Cuicum su
am crucem tollere debere. et
uelit enim sequi et dicit. Sonu
turos quosdam mortem donec u
dent filium hominis in regno suo ue
nire. in monte cum moyse. et
helia apparet. et uox de celo. ad ci
uide descendens. heliam tamque
nisse. et non esse suscepta manifestat
puerum lunaticum saluat. et de fide
et granum synapis docet. de stand
fore pueris. de humiliate prim. sup
et de manu. et pede. et oculo eruendo
et ne minimum scandalizare eum
quos angelos habent pueros in celis
uidere semper uidentur. Correp
tio fratris qd manifestari debeat al
teri usque septuagies septies.

herode ecce apparuit angelus domini in somnis
ioseph in egypto dicens. Surge
et accipe puerum et matrem eius et vade
in terram israel. Defuncti sunt enim qui
querebant animam pueri. Qui surgens
accepit puerum et matrem eius et venit
in terram israel. Audiens autem quod arche
laus regnaret in iudea pro herode
patre suo timuit illuc ire. Et admo
nitus in somnis secessit in partes
galilee. Et veniens habitavit in
ciuitate que vocatur nazareth:
vt adimpleretur quod dictum est per
prophetas quoniam nazareus vocabitur.

Diebus autem illis
venit ioannes baptista predicans in de
serto iudee dicens. Poenitentiam agite
appropinquabit enim regnum celorum. hic
est enim de quo dictum est per ysaiam prophe
tam dicentem. Vox clamantis in deserto.
parate viam domini rectas facite semitas
eius. Ipse autem ioannes habebat vestimentum
de pilis camelorum et zonam pelliceam
circa lumbos suos. Esca autem
eius erat locuste et mel syluestre. Tu
es ad eum ierosolima et omnis
iudea et omnis regio circa iordanem
et baptizabantur ab eo in iordane
confitentes peccata sua. Videns autem multos
phariseorum et sadduceorum venientes
ad baptismum suum dixit eis. Progenies
viperarum quis demonstrauit vobis fugere a ventura ira. Facite
ergo fructum dignum penitentie. Et ne
velitis dicere habemus patrem abraham. Dico enim vobis quoniam potens est
deus de lapidibus istis suscitare filios
abrahe. Iam enim securis ad radicem
arborum posita est. Omnis ergo arbor que
non facit fructum bonum abscidetur
et in ignem mittetur. Ego quidem vos
baptizo in aqua in penitentiam. Qui autem
post me venturus est fortior me est
cuius non sum dignus calceamenta
portare. Ipse vos baptizabit in
spiritu sancto et igni. Cuius ventilabrum
in manu sua et permundabit a
ream suam et congregabit tri-

ticum suum in horreum suum paleas autem
comburet igni inextinguibili. Tunc ve
nit ihesus a galilea in iordanem ad io
hannem vt baptizaretur ab eo. Ioh̄es
autem prohibebat eum dicens. Ego
a te debeo baptizari et tu venis
ad me. Respondens autem ihesus dixit ei. Sine
modo. Sic enim oportet nos implere
omnem iustitiam. Tunc permisit.
Baptizatus autem ihesus protinus ascen
dit de aqua. Et ecce aperti sunt ei cae
li et vidit spiritum dei descendentem sicut columbam venientem super eum. Et
ecce vox de celis dicens. Hic est filius
meus dilectus in quo mihi com
placui.

Tunc ihesus ductus est in desertum
a spiritu vt tentaretur a diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta
diebus et quadraginta noctibus postea esuriit. Et acce
dens tentator dixit ei. Si filius
dei es: dic vt lapides isti panes fi
ant. Qui respondens dixit. Scriptum est.
non in solo pane viuit homo sed in
omni verbo quod procedit de ore dei. Tunc
assumpsit eum diabolus in sanctam
ciuitatem et statuit eum super pinnaculum
templi et dixit ei. Si filius dei es
mitte te deorsum. Scriptum est enim.
quia angelis suis mandauit de te et
in manibus tollent te ne forte offe
das ad lapidem pedem tuum. Ait il
li ihesus. Rursum scriptum est. Non tem
tabis dominum deum tuum. Rursum as
sumpsit eum diabolus in montem
excelsum nimis et ostendit ei omnia
regna mundi et gloriam eorum et dixit
ei. Hec omnia tibi dabo si cadens ad
oratus me. Tunc dicit ei ihesus. Vade
sathana. Scriptum est enim. Dominum de
um tuum adorabis et illi soli seruies.
Tunc reliquit eum diabolus.
Et ecce angeli accesserunt et ministrabant ei. Cum audisset autem ihesus quod
ioh̄es traditus esset secessit in ga
lileam. Et relicta ciuitate naza
reth venit habitauit in ciuitate
capharnaum maritima in finibus

zabulon et neptalim. ut adimple
retur qd dm est per ysaiam pphā.
Terra zabulon et terra neptalim.
via maris transiordanē galilee
gentium. ppls qui hbitat in tene
bris vidit lucem magnā. et se
dentibus in regione umbre mortis
lux orta est eis. Exinde cepit p
dicare et dicere. Pniam agite ap
propinquabit enim regnum celorum.
Ambulans autē ihs iuxta mare
galilee vidit duos fres simonem
qui vocatur petrus et andream
fremeius mittentes rete in mare
erant enim piscatores. et ait illis.
venite post me faciam vos fieri
piscatores hōm. At illi continuo re
linquentes retia secuti sunt eum. et pce
dens inde vidit alios duos fres
iacobum zebedei et ioānem fremeius
in navi cum zebedeo patre eorum reficien
tes retia sua et vocavit eos.
Et circuibat totam galileam docens in synago
gis eorum et predicans euangelium re
gni et sanans omnem languorem
et omnem infirmitatem in plo. et a
bit opinio eius in totam syriam
et obtulerunt eum omnes male habentes
variis languoribus et tormentis com
prehensos et qui dēmonia habebant
et lunaticos et paralyticos et cura
vit eos. et secuti sunt eum turbe
multe de galilea et decapolis et de
ierosolimis et de iudea et de trans
iordane.

Videns autē ihs turbas ascendit in
montem et cum sedisset accesse
runt ad eum discipuli eius. et aperiens
os suum docebat eos dicens. Beati
pauperes spiritu quōm iporum est regnum ce
lorum. Beati mites quōm ipi possidebi
unt terram. Beati qui lugent
quōm ipi consolabuntur. Beati qui
esuriunt et sitiunt iustitiam quōm
ipi saturabuntur. Beati misericor
des quōm ipi misericordiam consequentur.

Beati mundo corde quōm ipi dm
videbunt. Beati pacifici quōm filii
dei vocabuntur. Beati qui persecu
tionem patiuntur pp iustitiam quōm
iporum est regnum celorum. Beati estis cum
maledixerint vobis homines et persecuti
vos fuerint et dixerint omne malum
adversum vos mentientes pp me. Gau
dete in die illa et exultate quōm merces
vestra copiosa est in celis. Sic enim persecu
ti sunt pphas qui fuerunt ante vos. Vos
estis sal terre. Quod si sal evanuerit in
quo salietur. Ad nihilum valet
ultra nisi ut mittatur foras
et conculcetur ab hoibus. Vos estis lux
mundi. Non potest civitas abscondi
supra montem posita neque ac
cendunt lucernam et ponunt eam sub
modio sed super candelabrum ut luceat
omnibus qui in domo sunt. Sic lu
ceat lux vestra coram hoibus ut vi
deant bona opa vestra et glificent
patrem vestrum qui in celis est. Nolite
putare quōniam venerim solvere legem
aut pphas. Non venio solvere le
gem sed adimplere. Amen quippe
dico vobis donec transeat celum et
terra iota unum aut unus apex
non preteribit a lege donec omnia fiant.
Qui ergo solverit unum de mandatis
istis minimis et docuerit sic hoīes
minimus vocabitur in regno ce
lorum. Qui autē fecerit et docuerit
hic vocabitur magnus in regno
celorum. Dico enim vobis quōniam nisi habun
dauerit iustitia vestra plus quam scri
barum et pharisaeorum non intrabitis in reg
num celorum. Audistis quōniam dictum est
antiquis non occides. Qui autē occide
rit reus erit iudicio. Ego autē di
co vobis quōniam omnis qui irascitur fra
tri suo reus erit iudicio. Qui autē
dixerit fratri suo racha reus erit con
cilio. Qui autē dixerit fatue reus
erit gehenne ignis. Sicque si offers
munus tuum ad altare et ibi re
cordatus fueris quōniam frater tuus habet
aliquid adversum te relinque ibi

mitatis tuū. Ān altare. et uade prius reconciliari fratri tuo. et tunc ueniens offeres munus tuū. Esto consentiens aduersario tuo cito dū es in uia cū eo ne forte tradat te aduersario iudici. et iudex tradat te ministro. et in carcerem mittaris. Amen dico tibi non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem. Audistis quia dictum est antiquis. Non mechabis. Ego autem dico uobis quia omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam. iam mechatus est eam in corde suo. Si autem oculus tuus dexter scandalizat te. erue eum. et proice abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum. quam totum corpus tuum eat in gehennam. Et dextera manus tua scandalizat te abscide eam. et proice abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum. quam totum corpus tuum eat in gehennam. Dictum est autem. Quicumque dimiserit uxorem suam dabit ei libellum repudii. Et quicumque dimissam duxerit adulterat. Iterum audistis quia dictum est antiquis. Non periurabis. Reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico uobis non iurare omnino. neque per celum. quia thronus dei est. neque per terram. quia scabellum pedum eius est. neque per ierusolimam. quia ciuitas est magni regis. neque per caput tuum iurabis. quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo uester. Est. est. non. non. Quod autem hisce abundantius est a malo est. Audistis quia dictum est. Oculum pro oculo. dentem pro dente. Ego autem dico uobis non resistere malo. Sed siquis te percusserit in dexteram maxillam. praebe illi et alteram. Et ei qui uult tecum iudicio contendere. et tunicam tuam tollere. dimitte ei et pallium. Et quicumque te angariauerit mille passus. uade cum illo et alia duo. Qui petit a te da ei. Et uolenti mutuare a te ne auertaris. Audistis quia dictum est. Diliges proximum tuum. et odio

det a libellum repudij. Ego autem dico uobis. quia omis qui dimiscuit uxorem suam

habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis. Diligite inimicos uestros. benefacite his qui oderunt uos. et orate pro persequentibus uos. et calumniantibus uos. ut sitis filii patris uestri qui in celis est. qui solem suum facit oriri super bonos et malos. et pluit super iustos et injustos. Si enim diligitis eos qui diligunt uos. quam mercedem habebitis. Nonne et publicani hoc faciunt. Et si salutaueritis fratres uestros tantum. quid amplius facitis. Nonne et ethnici hoc faciunt. Estote igitur uos perfecti sicut et pater uester celestis perfectus est.

Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus ut uideamini ab eis. Alioquin mercedem non habebitis apud patrem uestrum qui in celis est. Cum ergo facis elemosinam noli ante te canere tuba. sicut hypocrite faciunt in synagogis et in uiis uti honorificentur ab hominibus. Amen dico uobis receperunt mercedem suam. Te autem faciente elemosinam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. ut sit elemosina tua in abscondito. et pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi. Et cum orabis non eris sicut hypocrite qui amant in synagogis. et in angulis platearum stantes orare ut uideantur ab hominibus. Amen dico uobis receperunt mercedem suam. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum. et clauso ostio ora patrem tuum in abscondito. et pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi. Orantes autem nolite multum loqui sicut ethnici. Putant enim quia in multiloquio suo exaudiantur. Solite igitur assimilari eis. Scit enim pater uester quid opus sit uobis antequam petatis eum. Sic ergo uos orabitis. Pater noster qui es in celis. sanctificetur nomen tuum. adueniat regnum tuum. fiat uoluntas tua. sicut in celo et in terra panem nostrum supersubstantialem da nobis

hodie et dimitte nobis debita nra sicut
et nos dimittimus debitoribus nris
et ne nos inducas in tentationem
sed libera nos a malo amen. Si enim dimi
seritis hominibus peccata eorum dimittet et
vobis pater vester celestis delicta vestra.
Si autem non dimiseritis hominibus non pa
ter dimittet vobis peccata vestra. Cum
ieunatis nolite fieri sicut ypocri
te tristes. Exterminant enim facies
suas ut pareant hominibus ieunan
tes. Amen dico vobis receperunt mercedem
suam. Tu autem cum ieunas unge
caput tuum et faciem tuam laua. ne
videaris hominibus ieunans sed pa
tri tuo qui est in abscondito et pater tuus qui
videt in abscondito reddet tibi.
Nolite thesaurizare vobis thesau
ros super terram ubi erugo et tinea demo
liuntur et ubi fures effodiunt et fu
rantur. Thesaurizate autem vobis
thesauros in celo ubi nec erugo nec
tinea demolitur et ubi fures non
effodiunt nec furantur. Ubi enim est thesaurus tu
us ibi est et cor tuum. Lucerna corporis tui
est oculus tuus. Si fuerit oculus tuus sim
plex totum corpus tuum lucidum erit.
Si autem oculus tuus fuerit nequam
totum corpus tuum tenebrosum e
rit. Si ergo lumen quod in te est tenebre
sunt ipse tenebre quante erunt. Nemo po
test duobus dominis seruire. Aut enim unum
sustinebit et alterum contemnet. Non po
testis deo seruire et mamone. Ideo
dico vobis ne solliti sitis anime
quid manducetis neque corpori quid
induamini. Nonne anima plus est
quam esca et corpus plus est quam
uestimentum. Respicite volatilia celi quoniam
non seminant neque congregant
in horea et pater celestis pascit il
la. Nonne vos magis pluris estis illis.
Quis autem vestrum cogitans po test
diem adicere ad staturam suam cubitum
unum. Et de uestimentis quid solliti
estis. Considerate lilia agri quomo
do crescunt. Non laborant neque ne
ent. Dico autem vobis quoniam nec salomon

Alterum unum odio habet et alterum diliget

in omni gloria sua cooperuit se sicut unum
ex istis. Si autem fenum agri quod ho
die est et cras in clibanum mittitur
deus sic vestit quanto magis uos mo
dice fidei. Solite ergo solicti esse dicen
tes. Quid manducabimus aut
quid bibemus aut quo operiemur
haec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pa
ter quoniam horum omnium indigetis. Quaerite
ergo primum regnum dei et iustitiam eius et hec omnia adicientur vobis.
Solite ergo esse solicti in crastinum. Crastinus enim dies solicitus erit
sibi ipsi. Sufficit diei malicia sua.

Nolite iudicare VII

ut non iudicemini. In quo enim iudicio iudicabitis iudicabimi
ni et in qua mensura mensi fueritis re
metietur vobis. Quid autem vides
festucam in oculo fratris tui et trabem
in oculo tuo non vides. Aut quomodo di
ces fratri tuo. Frater sine eiciam festucam
de oculo tuo et ecce trabes est in oculo tuo. Ypo
crita eice primum trabem de oculo
tuo et tunc videbis eicere festucam de oculo
fratris tui. Nolite dare sanctum canibus neque
mittatis margaritas uestras ante
porcos ne forte conculcent eas pedi
bus suis et conuersi dilacerent uos.
Petite et dabitur vobis. Quaerite et
inuenietis. Pulsate et aperietur vobis.
Omnis enim qui petit accipit et qui
quaerit inuenit et pulsanti aperietur.
Aut quis est ex vobis homo quem
si petierit filius suus panem nu
quid lapidem porriget ei. Aut si
piscem petierit nunquid serpen
tem porriget ei. Si ergo uos cum sitis
mali nostis bona data dare filiis
uestris. quanto magis pater uester qui in celis
est dabit bona petentibus se. Omnia
ergo quecumque uultis ut faciant uo
bis homines et nos facite illis. Hec est
enim lex et prophete. Intrate per angustam
portam. Quia lata porta et spatiosa
via ducit ad perditionem et multi
sunt qui intrant per eam. Quam an
gusta porta et arta via ducit

ad uiam. et patui se qui me non
uerant. Attendite a falsis prophetis
qui uenerunt ad uos in uestimentis
ouium. intrinsecus autem sunt lupi
rapaces. A fructibus eorum cognoscetis
eos. Sic quid colligunt de spinis
uuas. aut de tribulis ficus. Sic
omnis arbor bona fructus bonos
facit. Mala autem arbor fructus ma
los facit. Non potest arbor bona fru
ctus malos facere. Nec arbor ma
la fructus bonos facere. Omnis ar
bor quæ non facit fructum bonum exci
detur et in ignem mittetur. Igitur ex fructi
bus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui
dicit mihi domine domine intrabit in
regnum celorum. Sed qui facit uoluntatem
patris mei qui in celis est ipse intra
bit in regnum celorum. Multi dicent
mihi in illa die. Domine domine nonne in
nomine tuo prophetauimus et in nomine tuo
dæmonia eiecimus et in nomine tuo uir
tutes multas fecimus. Et tunc con
fitebor illis quia nunquam nouerim uos.
discedite a me qui operamini iniq
uitatem. Omnis igitur qui audit uerba mea hæc et
facit ea assimilabitur uiro sapi
enti qui edificauit domum suam
super petram. Et descendit pluuia
et uenerunt flumina et flauerunt uen
ti et irruerunt in domum illam et non cecidit
fundata enim erat super firmam petram.
Et omnis qui audit uerba mea hæc et
non facit ea similis erit uiro stulto qui
edificauit domum suam arenam. Et de
scendit pluuia et uenerunt flumina
et flauerunt uenti et irruerunt in domum
illam et cecidit et fuit ruina eius
magna.

VII

Et factum est cum consummasset Ihesus
omnia hæc ad audientiam plebis in
troiuit capernaum. Centurionis autem
cuiusdam seruus malus habebatur qui erat illi
honorifice. Et ait illi Ihesus. Ego ueniam et
curabo eum. Et respondens centurio ait
Domine non sum dignus ut intres sub
tectum meum. Sed tantum dic uerbo et sanabitur
puer meus. Etenim ego homo sum constitutus sub
potestate habens sub me milites. Et
dico huic uade et uadit et alio uenit
et uenit et seruo meo fac hoc et fa
cit. Audiens autem Ihesus miratus est
et sequentibus se dixit. Amen dico uobis non
inuenio tantam fidem in Israel. Dico autem
uobis quia multi ab oriente et occiden
te uenient et recumbent cum Abra
ham et Ysaac et Iacob in regno celorum.
Filii autem regni eicientur in tenebras
exteriores. Ubi erit fletus et stridor den
tium. Et dixit Ihesus centurioni. Uade et
sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est
puer illa hora. Et cum uenisset Ihesus
in domum petri uidit socrum eius
iacentem et febricitantem. Et tetigit ma
num eius et dimisit eam febris. Et
surgens ministrabat eis. Uespe
re autem facto obtulerunt ei multos dæmo
niacos. et eiciebat spiritus uerbo. Et omnis male habentes curauit ut
adimpleretur quod dictum est per
Ysaiam prophetam dicentem. Ipse in
firmitates nostras accepit et egrota
tiones portauit. Uidens autem Ihesus multas
circum se iussit discipulis ire
transfretare. Et accedens unus scri
ba ait illi. Magister sequar te
quocumque ieris. Et dixit ei Ihesus. Uul
pes foueas habent et uolucres celi ni
dos. filius autem hominis non habet ubi ca
put suum reclinet. Alius autem discipulus
eius ait illi. Domine permitte me prius ire et
mihi ut sepeliam patrem meum. Ihe

autem ait illi. Sequere me. et dimitte
te mortuos sepelire mortuos suos
Et ascendente eo in naviculam re
translatus est cum discipuli eius. Et ecce
motus magnus factus est in mari ita
ut navicula operiretur fluctibus. ipse
vero dormiebat. Et accesserunt ad eum
discipuli eius et suscitaverunt eum dicen
tes. Domine salva nos perimus. Et dicit
eis ihesus. quid timidi estis modice fidei.
Tunc surgens imperavit ventis et
mari. et facta est tranquillitas mag
na. Porro homines mirati sunt dicentes
Qualis est hic. Quia venti et mare o
bediunt ei. Et cum venisset ihesus trans
fretum in regionem gerasenorum occur
rerunt ei duo habentes dimonia de monu
mentis exeuntes seviis nimis ita ut
nemo posset transire per viam illam.
Et ecce clamaverunt dicentes. Quid
nobis et tibi ihesu fili dei. Venisti huc
ante tempus torquere nos. Erat autem
non longe ab illis grex porcorum mul
torum pascens. Dimones autem rogabant
eum dicentes. Si eiicis nos hinc
mittere nos in gregem porcorum. Et ai
illis ihesus. Ite. Illi exeuntes abi
erunt in porcos. Et ecce impetu magno
ceperit totus grex per preceps in
mare et mortui sunt in aquis. Pasto
res autem fugerunt. et venientes in ci
vitatem nunciaverunt omnia et de his qui
dimonia habebant. Et ecce tota civi
tas exivit obviam ihesu et viso eo roga
bant eum ut transiret de finibus
eorum.

IX

Et ascendens ihesus in naviculam
transfretavit et venit in civi
tatem suam. Et ecce offerebant ei paral
ticum in lecto iacentem. Et videns ihesus
fidem illorum dixit paralitico. Confi
de fili dimittuntur tibi peccata tua.
Et ecce quidam de scribis dixerunt in
se. Hic blasphemat. Et cum vidisset
ihesus cogitationes eorum dixit. Ut quid
cogitatis mala in cordibus vestris. Quid
est facilius dicere dimittuntur tibi pe
cccata tua an dicere surge et ambula.
Ut autem sciatis quia filius hominis ho
potestatem habet in terra dimittendi peccata
tunc ait paralitico. Surge tolle lec
tum tuum et vade in domum tuam. Et
surgens abiit in domum suam. Videns
autem turbe timuerunt et glorificaverunt
deum qui dedit potestatem talem
hominibus. Et cum transiret inde ihesus vi
dit hominem sedentem in theloneo ma
theum nomine et ait illi. Sequere me. Et
surgens secutus est eum. Et factum est
discumbente eo in domo ecce multi
publicani et peccatores venientes dis
cumbebant cum ihesu et discipulis eius
Et videntes pharisei dicebant discipu
lis eius. Quare cum publicanis
et peccatoribus manducat magister vestr
Ihesus audiens autem. non est opus
valentibus medicus sed malebabentibus
Euntes autem discite quid est misericor
diam volo et non sacrificium. Non enim veni vo
care iustos sed peccatores. Tunc accesserunt
ad eum discipuli iohis dicentes. Quare
nos et pharisei ieunamus frequenter
discipuli autem tui non ieunant. Et
ait illis ihesus. Numquid possunt filii
sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus
Venient autem dies cum auferetur
ab eis sponsus et tunc ieunabunt. Nemo autem
mittit commissuram panni rudis in vestimentum
vetus. Tollit enim plenitudinem eius
a vestimento et peior scissura fit.
Neque mittunt vinum novum in utres
veteres. Alioquin rumpuntur utres et vinum effundetur et utres
pereunt. Sed vinum novum in utres no
vos mittunt et ambo conservantur
Hec illo loquente ad eos ecce princeps
unus accessit et adorabat eum
dicens. Domine filia mea modo de
functa est sed veni impone manum
tuam super eam et vivet. Et surgens
ihesus sequebatur eum et discipuli eius
Et ecce mulier que sanguinis
patiebatur xii annis accessit retro tetigit fimbriam vestimenti
eius. Dicebat enim intra se. Si

ego non mundabam eos sed ma-
neo. Et ihs respiciens eam
dixit. Confide filia fides tua te sal
uam fecit. Et salua facta est mulier
ex illa hora. Et cum venisset ihs in
domum principis et vidisset tibicines
et turbam tumultuantem dicebat
Recedite non enim mortua puella
est dormit. Et deridebant eum. Et
cum eiecta esset turba intrauit et te
nuit manum eius et exiuit puella
stirge. Et exiuit puella. Et exiit
fama hec in universam terram illam
Et transeuntes ihs inde secuti sunt eum
duo cecci clamantes et dicen
tes. Miserere nri filii dauid.
Cum autem venisset domum accesserunt
ad eum ceci. Et dicit eis ihs Cre
ditis quia hoc facere possum vobis. Di
cunt ei. Vtique dne. Tunc tetigit o
culos eorum dicens. Secundum fidem v
stram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum
Et comminatus est illis ihs dicens.
Videte ne quis sciat. Illi autem exeun
tes diffamauerunt eum in totam terra
illam. Egressis autem illis ecce ob
tulerunt ei hominem mutum demonium
habentem. Et eiecto demonio locutus
est mutus. Et admirate sunt tur
be dicentes. Nequaquam apparuit
sic in israel. Pharisei autem dicebant. In
principe demoniorum eiicit demo
nia. Et circuibat ihs omnes ciuita
tes et castella docens in synagogis
eorum et predicans euangelium regni
et curans omnem languorem et omnem
infirmitatem. Videns autem turbas
miseratus est eis quia erant vexati et
iacentes sicut oues habentes pastorem
Tunc dicit discipulis suis. Messis
quidem multa operarii autem pauci.
Rogate igitur dominum messis ut mittat
operarios in messem suam.

X

Et convocatis xii discipulis su
is dedit eis potestatem spiritum
immundorum ut eicerent eos et cura
rent omnem languorem et omnem infir
mitatem. Duodecim autem apostolorum

nomina sunt hec. Primus simon qui di
citur petrus et andreas frater eius. Philip
pus et bartholomeus. Iacobus alphei
et thadeus. Simon chananeus
et iudas scariothes qui et tradidit
eum. Hos xii misit ihs precipi
ens predicare eis dicens. In viam
gentium ne abieritis. Et in ciuitates sa
maritanorum ne intraueritis. Ibitis po
tius ad oues que perierunt domus israel.
Euntes autem predicate dicentes quia
appropinquauit regnum celorum. Infirmos
curate. Mortuos suscitate. Leprosos
mundate. Demones eicite. Gratis
accepistis. Gratis date. Nolite pos
sidere aurum neque argentum neque pecu
niam in zonis vestris non peram in
itinere neque duas tunicas neque calcea
menta neque virgam. Dignus enim est operario
cibo suo. In quamcumque autem ci
uitatem aut castellum intraueritis
interrogate quis in ea dignus sit et
ibi manete donec exeatis. Intrantes
autem domum salutate eam di
centes. Pax huic domui. Et si qui
dem fuerit domus illa digna ue
niet pax vestra super eam. Si autem non
fuerit digna pax vestra ad vos reue
ratur. Et quicumque non receperit vos
neque audierit sermones vestros
exeuntes foras de domo vel de ciui
tate excutite pulverem de pedibus
vestris. Amen dico vobis tolerabilius
erit terre sodomorum et gomorrhorum in
die iudicii quam illi ciuitati. Ecce
ego mitto vos sicut oues in medio
luporum. Estote igitur prudentes sicut ser
pentes et simplices sicut columbe.
Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos
in conciliis et in synagogis su
is flagellabunt vos et ad presides
et ad reges ducemini propter me in
testimonium illis et gentibus. Cum
autem tradent vos nolite cogitare
quomodo aut quid loquamini. Dabitur
enim vobis in illa hora quid loquamini.
Non enim vos estis qui loquimini sed
spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.
Iacobus zebedei et iohes frater eius. Thomas et ma
theus publicanus.

Tradet autem frater in mortem et pater
filium et insurgent filii in parentes et
morte eos afficient et eritis odio
omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem
perseuerauerit usque in finem hic saluus
erit. Cum autem persequentur uos in
ciuitate ista fugite in aliam. Amen
dico uobis non consummabitis ciuitates
israel donec ueniat filius hominis. Non
est discipulus super magistrum nec seruus
super dominum suum. Sufficit discipulo ut
sit sicut magister eius et seruo sicut dominus
eius. Si patrem familias beelzebub
uocauerunt quanto magis domesticos eius
Ne igitur timueritis eos. Nichil enim opertum
quod non reuelabitur et occultum quod non
sciatur. Quod dico uobis in tenebris dicite
in lumine et quod in aure audistis
predicate super tecta. Et nolite timere
eos qui occidunt corpus animam autem
non possunt occidere. Sed potius timete
eum qui potest animam et corpus perdere
in gehennam. Nonne duo passeres asse
ueneunt. Et unus ex eis non ca
det super terram sine patre uestro. Uestri autem
capilli capitis omnes numerati sunt
Nolite igitur timere multis passeribus
meliores estis uos. Omnis igitur quicumque
confitebitur me coram hominibus. Confitebor
et ego eum coram patre meo qui in
celis est. Qui autem negauerit me coram
hominibus negabo et ego eum coram pate
meo qui in celis est. Nolite arbitrari
quoniam pacem mittere sum
venturus. Non pacem mittere sed gladium
Ueni enim separare hominem aduersus
patrem suum et filiam aduersus matrem
suam et nurum aduersus socrum suam. Et
inimici hominis domestici eius. Qui
amat patrem aut matrem plus quam
me non est me dignus. Et qui am
at filium aut filiam super me non est me
dignus. Et qui non accepit crucem
suam et sequitur me non est me dignus
Qui inuenerit animam suam perdet eam
et qui perdiderit animam suam propter me
inueniet eam. Qui recipit uos
me recipit. Et qui me recipit re

cipit me cum misit me. Qui recipit
prophetam in nomine prophete mercedem
prophete accipiet. Et quicumque potum
dederit uni ex istis minimis istis
calicem aque frigide tantum in nomine
discipuli amen dico uobis non perdet mer
cedem suam. Et factum est cum consummasset
ihesus precipiens duodecim discipulis suis
transiit inde ut doceret et predicaret
in ciuitatibus eorum.

Iohannes autem audiens in uin
culis opera christi mittens duos de dis
cipulis suis ait illi. Tu es qui uen
turus es an alium expectamus.
Et respondens ait illis. Euntes re
nuntiate iohanni quae audistis et
uidistis. Caeci uident claudi am
bulant leprosi mundantur surdi
audiunt mortui resurgunt
pauperes euangelizantur. Et beatus
est qui non fuerit scandalizatus in
me. Illis autem abeuntibus cepit
ihesus dicere ad turbas de iohanne. Quid
existis in desertum uidere. Arundinem
uento agitatam. Sed quid ex
istis uidere. Hominem mollibus uestitum
Ecce qui mollibus uestiuntur
in domibus regum sunt. Sed quid
existis uidere. Prophetam. Etiam
dico uobis plusquam prophetam. Hic est
de quo scriptum est. Ecce mit
to angelum meum ante faciem tuam
qui preparabit uiam tuam ante te.
Amen dico uobis non surrexit inter na
tos mulierum maior iohanne baptista.
Qui autem minor est in regno celorum
maior est illo. A diebus autem iohannis
baptiste usque nunc regnum celorum uim
patitur et uiolenti rapiunt illud
omnes enim prophete et lex usque ad iohannem
prophetauerunt. Et si uultis recipere
ipse est helias qui uenturus est. Qui
habet aures audiendi audiat. Cui
autem similem dicam hanc generationem. Similem
dicimus uobis
sedentibus in forisis. Et
planxistis. Uentum uobis non
dancistis. Uisus uobis non
ploraustis. Uenit enim iohannes non manducans
estimatur generationem istam. Similem dicimus

mum hic. Venit filius hominis man
ducans et bibens et dicunt. Ecce ho
mo vorax et potator vinum publica
nos et peccatores amicus et iustificata est
sapientia a filiis suis. Tunc cepit ex
probrare ciuitatibus in quibus facte sunt
plurime virtutes eius quia non egissent
penitentiam. Ve tibi Corozain. Ve tibi
Bethsaida quia si in tyro et sydone facte
essent virtutes que facte sunt in vobis
olim in cilicio et cinere penitentiam egis
sent. Verumtamen dico vobis tyro et sydoni
remissius erit in die iudicii quam vo
bis. Et tu capharnaum nunquid usque
ad celum exaltabis usque in infer
num descendes. Quia si in sodomis facte fu
issent virtutes que facte sunt in te forte
mansissent usque in hunc diem. Ve
rumtamen dico vobis quia terre sodomorum re
missius erit in die iudicii quam tu
bis. In illo tempore respondens ihesus dixit. Con
fiteor tibi pater domine celi et terre quia ab
scondisti hec a sapientibus et prouden
tibus et revelasti ea parvulis. Etiam pa
ter quia sic fuit placitum ante te. Omnia
mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo
nouit filium nisi pater et quis filius
nouit nisi pater et cui voluerit filius re
velare. Venite ad me omnes
qui laboratis et onerati estis et ego
reficiam vos. Tollite iugum meum super
vos et discite a me quia mitis sum et
humilis corde et inuenietis requi
em animabus vestris. Iugum enim meum su
ave est et onus meum leue. XII
In illo tempore abiit ihesus sabbatis per sata. Di
scipuli autem eius esurientes ceperunt
vellere spicas et manducare. Pha
risei autem videntes dixerunt ei. Ecce dis
cipuli tui faciunt quod non licet facere sab
batis. At ille dixit eis. Nonne legistis
quid fecerit dauid quando esuriuit et qui
cum eo erant quomodo intrauit in domum
dei et panes propositionis comedit quos
non licebat ei edere neque his qui cum erat
nisi solis sacerdotibus. Aut non legistis
in lege quia sabbatis sacerdotes in templo
sabbatum violant et sine crimine sunt.
Dico autem vobis quia templo maior est
hic. Si autem scissetis quid est misericordiam vo
lo et non sacrificium nequaquam condem
nasseetis innocentes. Dominus enim est filius
hominis etiam sabbati. Et cum inde transisset ve
nit in synagogam eorum. Et ecce homo
manum habens aridam. Et interrogabant
eum dicentes. Si licet sabbatis curare
sabbatis vt accusarent eum. Ipse autem
dixit eis. Quis erit ex vobis homo qui
habet vnam ouem et si ceciderit hec sab
batis in foueam nonne tenebit et le
uabit eam? Quanto magis melior est
homo oue. Itaque licet sabbatis bene facere.
Tunc ait homini. Extende manum tuam.
Et extendit. Et restituta est sanitati
sicut altera. Exeuntes autem pharisei cum
fecerunt aduersum illum quomodo
eum perderent. Ihesus autem sciens reces
sit inde. Et secuti sunt eum multi. Et
curauit eos omnes. Et precepit eis ne
manifestum eum facerent vt adim
pleretur quod dictum est per ysaiam prophetam
dicentem. Ecce puer meus electus quem
elegi dilectus meus in quo bene complacuit
anime mea. Ponam spiritum meum super eum
et iudicium gentibus annunciabit. Non
contendet neque clamabit neque audiet quis in
platheis audiet vocem eius. Arundinem
quassatam non confringet et linum
fumigans non extinguet donec eiciat
ad victoriam iudicium. Et in nomine
eius gentes sperabunt. Tunc oblatus est
ei demonium habens cecus et mutus. Et
curauit eum vt loqueretur et
videret. Et stupebant omnes turbe et
dicebant. Nonne hic est filius dauid?
Pharisei autem audientes dixerunt.
Hic non eiicit demonia nisi in beelze
bub principe demoniorum. Ipse autem
sciens cogitationes earum dixit eis. Omne
regnum diuisum contra se desolabitur et
omnis ciuitas vel domus diuisa
contra se non stabit. Et si satanas sa
tanam eiicit adversus se diuisus est. Quo
modo stabit regnum eius. Et si ego
in beelzebub eiicio demonia filii vestri
in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices
vestri erunt. Si autem ego in spiritu dei eiicio

filium nisi pater. Neque patrem quis nouit

demones qui peruenit in nos regnum
dei. Aut quid potest quisquam intrare in
domum fortis et uasa eius diripere ni
si prius alligauerit fortem et tunc domum il
lius diripiet. Qui non est mecum contra
me est et qui non congregat mecum dispe
rgit. Ideo dico uobis omne peccatum et blas
phemia remittetur hominibus. Spiritus blas
phemie non remittetur. Et quicumque
dixerit filio hominis uerbum dixerit remit
tetur eis. Qui autem dixerit contra spiritum
sanctum uerbum non remittetur ei nec in
hoc seculo nec in futuro. Aut facite ar
borem bonam et fructum eius bonum aut
facite arborem malam et fructum
eius malum. Siquidem ex fructu ar
bor cognoscitur. Progenies uipe
rarum quomodo potestis bona loqui cum sitis
mali. Et habundantia cordis pro
ferit bonum et malus homo de
bono thesauro cordis profert bonum et malus homo
de malo thesauro profert mala. Dico
autem uobis quoniam de omni uerbo ocioso quod
locuti fuerit homines reddent rationem de eo
die iudicii. Et ubi scribis et uis uisi
fuerit. Ego uero uobis dico quia dempnabis
tunc respondens autem quidam de scribis et
pharisaeis dicentes. Magister uolumus
a te signum uidere. Qui respondens ait
illis. Generatio mala et adultera signum
quaerit et signum non dabitur ei nisi signum
ionae prophetae. Sicut enim fuit ionas in uentre
ceti tribus diebus et tribus noctibus sic erit
filius hominis in corde terre tribus diebus
et tribus noctibus. Viri ninuitae surgent in iudicio cum generatione iste
et dempnabunt eam quia penitentiam egerunt in praedicatione ionae. Et ecce plus
quam ionas hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista
et dempnabit eam quia uenit a finibus terre audire sapientiam salomonis
et ecce plus quam salomon hic. Cum
autem immundus spiritus exierit ab homine
ambulat per loca arida querens re
requiem et non inuenit. Tunc dicit.
Revertar in domum meam unde exiui.
Et ueniens inuenit eam uacantem et scopis mundatam et ornatam.
Tunc uadit et assumit uii alios
spiritus secum nequiores se et ingressi habitant
ibi. Et fiunt nouissima hominis illi
perpetua priores. Sic erit et generatio
huic pessime. Adhuc loquente
eo ad turbas ecce mater eius et fratres
eius stabant foris quaerentes loqui ei. Dixit
autem quidam ei. Ecce mater tua et fratres tui
foris stant quaerentes te. At ipse re
spondens dicenti sibi ait. Quis est mater
mea et qui sunt fratres mei. Et extendens
manum in discipulos suos dixit. Ecce mater mea et fratres mei.
Quicumque enim fecerit uoluntatem
patris mei qui in celis est ipse meus frater
et soror et mater est. III
Illa die exiens ihesus de domo sedebat
secus mare. Et congregate
sunt ad eum turbae multae ita ut
in nauiculam ascendens sederet.
Et omnis turba stabat in litore.
Et locutus est eis multa in parabolis
dicens. Ecce exiit qui seminat
seminare semen suum. Et dum semina
ret quidem ceciderunt secus uiam et uenerunt
uolucres celi et comederunt illud. Alia
autem ceciderunt in petrosa ubi non
habebant terram multam et exortum est
cito quia non habebant altitudinem terre.
Sole autem orto estuauerunt et eo quod
habebant radicem aruerunt. Alia
autem ceciderunt in spinas et creuerunt
spinae et suffocauerunt ea. Alia autem
ceciderunt in terram bonam et dederunt
fructum aliud centesimum aliud sexagesimum aliud tricesimum.
Qui habet aures audiendi
audiat. Et accedentes discipuli dixerunt ei. Quare in parabolis
loquis eis. Qui respondens ait illis
quia uobis datum est nosse mysterium
regni celorum illis autem non est da
tum. Qui enim habet dabitur et ha
bundabit. Qui autem non habet id quod
uidetur habere auferetur ab eo. Ideo
in parabolis loquor eis quia uidentes
non uident et audientes non au

dunt ne intelligunt ut ad imple
tetur in eis ypha ysaie dicentis
Auditu audietis et non intelli
getis et videntes videbitis et
non videbitis Incrassatum est cor
populi huius et auribus graviter audi
erunt et oculos suos clauserunt ne quando
videant oculis et auribus audiant et cor
de intelligant et convertantur et sanem
eos Vestri autem beati oculi quia vident et
aures vestre quia audiunt Amen dico
vobis quia multi prophete et iusti
cupierunt videre quod videtis et non
viderunt audire quod audistis et
non audierunt Vos ergo audite parabolam
seminantis Omnis qui audit
verbum regni et non intelligit venit
malus et rapit quod seminatum est
in corde eius Hic est qui seminatus est
secus viam Qui autem seminatus
est super petrosa hic est qui verbum audit
et continuo cum gaudio suscipit
illud non habet autem in se radicem sed est
temporalis Fit autem tribulatione et
persecutione propter verbum continuo scandalizatur
Qui autem seminatus est in
spinis hic est qui verbum audit et
sollicitudo seculi huius et fallacia di
vitiarum suffocat verbum et sine fructu
efficitur Qui vero in terram bo
nam seminatus est hic est qui audit
verbum et intelligit et fructum affert
et facit qui quidem aliquid centesimum
et porro aliquid sexagesimum Aliam parabo
lam apposuit illis dicens Simile
est regnum celorum homini qui seminavit
bonum semen in agro suo Cum
autem dormirent homines venit inimi
cus eius et superseminavit zizania
in medio tritici et abiit Cum autem
crevisset herba et fructum fecisset
tunc apparuerunt zizania Accedentes
autem servi patris familias dixerunt
Domine nonne bonum semen quod seminasti in agro tuo Unde igitur habet zizania
Ait illis Inimicus homo
hoc fecit Servi autem dixerunt ei Vis
ut eas colligamus eas? Et ait

sion Sed forte colligentes zizania
eradicetis simul cum eis triticum
Sinite utrumque crescere usque ad messem
et in tempore messis dicam messoribus Col
ligite primum zizania et alligate eas
in fasciculos ad comburendum Tri
ticum autem congregate in horreum meum
Aliam autem parabolam apposuit eis di
cens Simile est regnum celorum grano
sinapis quod accipiens homo semi
navit in agro suo quod minimum quidem est
omnibus seminibus Cum autem crevit
maius est omnibus oleribus et fit arbor
ita ut volucres celi veniant et habi
tent in ramis eius Aliam parabo
lam locutus est eis Simile est regnum celorum
fermento quod accepta mulier abscon
dit in farine satis tribus donec fermen
tatum est totum Hec omnia locutus
est Ihesus in parabolis ad turbas et sine
parabolis non loquebatur eis ut adimple
retur quod dictum est per prophetam dicentem
Aperiam in parabolis os meum eructa
bo abscondita a constitutione mun
di Tunc dimissis turbis venit in
domum accesserunt ad eum discipuli eius
dicentes Edisere nobis parabolam zizanio
rum agri Qui respondens ait Qui semi
nat bonum semen est filius hominis
Ager autem est mundus Bonum vero se
men hii sunt filii regni Zizania autem
sunt filii nequam Inimicus autem qui
seminat ea est diabolus Messis
vero consummatio seculi est Messores autem
angeli sunt Sicut ergo colligunt
zizania et igni comburuntur sic erit in
consummatione seculi Mittet filius hominis angelos
suos et colligent de regno eius omnia
scandala et eos qui faciunt iniquitatem et mittent eos in caminum ignis
ibi erit fletus et stridor dentium Tunc
iusti fulgebunt sicut sol in regno
patris eorum Qui habet aures audiendi
audiat Simile est regnum celorum
thesauro abscondito in agro quem cum
invenerit homo abscondit et pre
gaudio illius vadit et vendit
universa quae habet et emit agrum illum

rerum simile est regnum celorum homini negotiatori quaerenti bonas margaritas inventa autem una pretiosa margarita abiit et vendidit omnia quae habuit et emit eam. Iterum simile est regnum celorum sagenae missae in mare et ex omni genere piscium congreganti. Quam cum impleta est educentes et secus litus sedentes elegerunt bonos in vasa sua. Malos autem foras miserunt. Sic erit consummatione seculi. Exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus et stridor dentium. Intellexistis haec omnia? Dicunt ei. Etiam. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo nova et vetera. Et factum est cum consummasset Iesus parabolas istas transiit inde. Et veniens in patriam suam docebat eos in synagogis eorum ita ut mirarentur et dicerent. Unde huic sapientia haec et virtutes? Nonne hic est faber filius? Nonne mater eius dicitur Maria et fratres eius Iacobus et Ioseph et Simon et Iudas. Et sorores eius nonne apud nos sunt omnes? Unde ergo huic omnia haec? Et scandalizabantur in eo. Iesus autem dixit eis. Non est propheta sine honore nisi in patria sua et in domo sua. Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum.

XIII

cobum z iohem filios zebedei qui
erant socii symonis petri. Et ait ad
symonem ihs. Noli timere ex hoc iam
homines eris capiens. Et subductis ad
terram naubus relictis omnibus secuti
sunt eum. Et factum cum esset in una ciuita
tum. ecce uir plenus lepra. Et uidens
ihm. z procidens in faciem suam roga
bat eum dicens. Dne si uis potes me
mundare. Et extendens manum ihs
tetigit illum dicens. Volo. mundare
Et continuo discessit lepra ab illo
Et ipe precepit illi ne cuiquam di
cat. Sed uade ostende te sacerdoti. z of
fer pro emundatione tua sicut pre
cepit moyses i testimonium illis. Per
ambulabat autem magis sermo de
illo. z conueniebant turbe multe
ut audirent. z curarentur ab in
firmitatibus suis. ipe autem secede
bat i desertum. z orabat. Et factum est i
una dierum. z ipe sedebat docens. Et
erant pharisei sedentes. z legis doc
tores qui uenerant ex omni castello
galilee. z iudee. z iherusalem. z uirtus do
mini erat ad sanandum eos. z ecce
uiri portantes in lectulo hominem qui e
rat paralyticus. Et quaerebant eum
inferre. z ponere ante eum. Et non inue
nientes qua parte illum inferent p
turbam. ascendere super tectum. z per
tegulas submittere illum cum lectulo
in medium ante ihm. Quorum fidem ui
dit ihs dixit homo. remittuntur
tibi peccata tua. Et cepere cogitare scri
be. z pharisei dicentes. Quis est hic q;
loquitur blasphemias. Quis po
test dimittere peccata nisi solus ds. Vt

ait cognouit ihe cogitationes eorum
dixit ad illos. Quid cogitatis
mala in cordibus uestris. Quid est facilius
dicere dimittuntur tibi peccata an dicere
surge et ambula. Vt autem sciatis quia
filius hominis habet potestatem in
terra dimittendi peccata ait paralitico. Tu
tibi dico surge. Tolle lectum tuum et
uade in domum tuam. Et statim exurgens
coram illis tulit lectum in quo iacebat
et abiit in domum suam magnificans
deum. Et stupor apprehendit omnes. et
magnificabant deum. et repleti sunt timore
magno dicentes quia uidimus mi
rabilia hodie. Et post hoc exiit et uidit
ihe publicanum nomine leuim sedentem
in theloneo. et ait illi. Sequere
me. Et relictis omnibus surgens secu
tus est eum. Et fecit ei conuiuium mag
num in domo sua. Et erat turba
multa publicanorum et aliorum qui cum
illis erant discumbentes. Et murmurabant pharisei et scribe dicen
tes ad discipulos eius. Quare cum
publicanis et peccatoribus manducat et
bibitis. Et respondens ihe dixit ad illos
non egent qui sani sunt medico sed
qui male habent. Non enim uenit uocare
iustos sed peccatores ad penitentiam. Et ait illi
dixerunt ad illum. Quare discipuli
iohannis ieiunant frequenter et obsecra
tiones faciunt similiter et pharisei
hii autem edunt et bibunt. Quibus
ihe ait. Numquid potestis filios sponsi
cum ille cum eis est ieiunare
nam ueniet autem dies cum ablatus
fuerit ab illis sponsus tunc ieiunabunt
in illis diebus. Dicebat autem et si
militudinem ad illos. Quia nemo com
missuram a uestimento nouo imponit
in uetus. Alioquin et nouum
rumpit et uetusto non conuenit commissura
a nouo. Et nemo mittit uinum nouum
in utres ueteres. Alioquin rumpet
nouum uinum utres et ipse effundetur
et utres peribunt. Sed uinum nouum
in utres nouos mittendum est
et utraque seruantur. Et nemo bi

bens ueteres statim uult nouum.
Dixit enim ueterem melius est.

Factum est autem in sabbato secundo pri
mo cum transiret per sata uelle
bant discipuli eius spicas et manducabant
confricantes manibus. Quidam autem pharisaeorum dicebant illis
Quid facitis quod non licet sabbatis. Et
respondens ihe ad eos dixit. Nec hoc le
gistis quod fecerit dauid cum esuriret ipse
et qui cum eo erant quomodo introiuit in
domum dei et panes propositionis sumpsit
et manducauit et dedit his qui cum
eo erant quos non licebat manducare nisi tantum sacerdotibus. Et dicebat
illis quia dominus est filius hominis etiam
sabbati. Factum est autem et alio sabbato ut
introiret in synagogam et docet
Et ecce homo erat manus eius
dextra erat arida. Et obseruabant
autem scribe et pharisei si in sabbato cu
rabat ut inuenirent unde accusa
rent illum. Ipse uero sciebat cogitationes
eorum. Et ait homini qui habebat ma
num aridam. Surge et sta in medium
Et surgens stetit. Et ait ad illos
ihe interrogo uos si licet sabbato bo
num facere an malum animam saluam facere
an perdere. Et circumspectis omnibus.
Dixit homini. Extende manum tuam. Et
extendit restituta est manus
manus eius. Ipsi autem repleti sunt
insipientia et colloquebantur ad in
uicem quidnam facerent de ihesu
Factum est autem in illis diebus exiit in mon
tem orare et erat pernoctans in
oratione dei. Et cum dies factus esset
uocauit discipulos suos. Et elegit
ex ipsis duodecim quos et apostolos nominauit. Simonem cui et nomen indit petrum
et andream fratrem eius. Iacobum et
iohannem philippum et bartholomeum
matheum et thomam iacobum alphei et
simonem qui zelotes uocatur et
iudam iacobi et iudam scariothis qui fuit
proditor. Et descendens ihe cum eis stetit
in loco campestri et turba discipu
lorum eius et multitudo copiosa

phise discubuit. Et ecce mulier q
erat in ciuitate peccatrix cum cogno
uisset q̃ ipse accubuisset in domu phisei
attulit unguentum alabastrum
Et stans retro secus pedes eius la
crimis cepit rigare pedes eius et
capillis capitis sui tergebat et osc
ulabatur pedes eius unguen
to ungebat. Videns autem phariseus
qui uocauerat eum ait intra
se dicens. Si esset hic propheta scuiq
q̃ utique esset mulier q̃ tangit
eum q̃ peccatrix est. Videns ihs dixit
ad illum. Simon habeo tibi aliquid
dicere. At ille ait. Magister dic. Et dixit ih
Duo debitores erant cuidam fenu
tatori unus debebat denarios qn
gentos et alius quinquaginta. non
habentibus autem illis unde reddere do
nauit utrisque. Quis ergo eum plus
diligit. Videns Simon dixit. Estimo
quia cui plus donauit. Ait ille. Rec
te iudicasti. Et conuersus ad mulie
rem dixit Simoni. Vides hanc mu
lierem. Intrauit in domum tuam aquam pe
dibus meis non dedisti. Hec autem lacrimis
rigauit pedes meos et capillis suis
tersit. Osculum autem mihi non dedisti
hec autem ex quo intrauit non cessauit
osculari pedes meos. Oleo caput meum
non unxisti. Hec autem unguentis unxit
pedes meos. Propter quod dico tibi remit
untur ei peccata multa quoniam dilexit
multum. Cui autem minus dimittitur
minus diligit. Dixit autem ad il
lam ihs. Remittuntur tibi peccata. Et
ceperunt simul qui accumbebant di
cere intra se. Quis est iste qui etiam peccata
dimittit. Dixit autem ad mulierem
Fides tua te saluam fecit. Vade in pace.

Et factum est deinceps. VII
Et ipse iter faciebat per ciuita
tes et castella predicans et euangelizans
regnum dei et cum illo duodecim
atque quidam mulieres quae erant curate a spiritibus
malignis et infirmitatibus Maria
que uocatur Magdalene de qua
uii. dimonia exierant et Johanna

uxor chuze procuratoris herodis et su
sanna et alie multe quae ministrabant
ei de facultatibus suis. Cum autem turba
plurima conueniret et de ciuitatibus festi
nantes ad eum diceret per similitudinem
Exiit qui seminat seminare semen
suum. Et dum seminat aliud cecidit
secus uiam et conculcatum est et uolu
cres celi comederunt illud. Et aliud ce
cidit super petram et natum aruit quia non
habebat humorem. Et aliud cecidit in me
dio spinas et simul exortae spine suffo
cauerunt illud. Et aliud cecidit in terram
bonam et ortum fecit fructum centuplum
Hec dicens clamabat. Qui habet aures
audiendi audiat. Interrogabant autem
discipuli eius quae essent hec parabola
Quibus ipse dixit. Vobis datum est nosse
mysterium regni dei. ceteris autem in para
parabolis ut uidentes non uideant et
audientes non audiant neque intelligant
Est autem hec parabola. Semen est uerbum
dei. Qui autem secus uiam hi sunt qui au
diunt. Deinde uenit diabolus et tol
lit uerbum de corde eorum ne credentes
salui fiant. Nam qui super petram
hi sunt qui cum audierint cum gaudio
suscipiunt uerbum. Et hi radices non habent
quia ad tempus credunt et tempore tempt
ationis recedunt. Quod autem in spinis cecidit
hi sunt qui audiunt et a sollicitudi
nibus et diuitiis et uoluptatibus uite
euntes suffocantur et non referunt o
fructum. Id autem quod in terram bonam hi sunt
qui in corde bono et optimo audientes
uerbum retinent et fructum afferunt
in patientia. Nemo autem lucernam ac
cendens operit eam uase aut subtus lec
tum ponit. Sed super candelabrum ponit
ut intrantes uideant lumen. Non
est enim occultum quod non manifestetur nec
absconditum quod non cognoscatur et
in palam ueniat. Videte ergo quid
audiatis. Qui enim habet dabitur illi. Et
quicumque non habet et quod putat se habere
auferetur ab eo. Venit autem ad
illum mater eius et fratres eius et non poterant
adire ad eum prae turba et nuntia

tunc et. Mater tua. et fratres tui stant
foris volentes te uidere. Qui uidens
respexit ad eos. Quis est mea et fratres mei
Hic est quicumque dei auditum et fa
cit. Factum est autem in una dierum. et ipse
ascendit in naviculam. et discipuli eius
et dixit ad illos. Transeamus trans
stagnum. et ascenderunt. Et navigantibus
illis autem obdormiuit. et descendit
procella ventorum in stagnum. et compel
lebantur fluctibus. et periclitabantur.
Accedentes autem suscitaverunt eum di
centes. Praeceptor perimus. Et ille exur
gens increpavit ventum. et tempesta
tem aquae. et cessaverunt. et facta est tran
quillitas. Dixit autem illis. Ubi est
fides vestra. Qui timentes mirati sunt ad
invicem dicentes. Quis putas est hic
quia ventis imperat et mari. et obedi
unt ei. Et navigaverunt ad regionem
gerasenorum quae est contra galileam. Et ex
gressus est ad terram occurrit ei
vir quidam qui habebat daemonium
iam temporibus multis. et vestimento non
induebatur. et in domo manebat non
in monumentis. Hic videns iesum. pro
cidit ante illum. et exclamans voce
magna dixit. Quid mihi et tibi est
iesu fili dei altissimi obsecro te ne
me cruciasmi. Praecipiebat enim spiritui im
mundo ut exiret ab homine. Multis enim
temporibus arripiebat illum. et vinci
ebatur catenis. et compedibus custo
diebatur. et rumpebat vincula. agebatque
a daemonio in deserto. Interrogabat
autem illum iesus dicens. Quid tibi nomen
est. Ille dixit legio. quia intrauerant
daemonia multa in eum. Et rogabant
illum ne imperaret illis ut in abyssum
iret. Erat autem ibi grex porcorum mul
tum pascentium in monte. et rogabant
eum ut permitteret eos in illos ingre
di. et permisit illis. Exeuntes autem de homi
ne. abierunt in porcos. Et
impetu abiit per praeceps grex in
stagnum. et suffocatus est. Qui cum
uidissent factum quid pastores fugerunt
et nuntiauerunt in ciuitatem. et in villas

Exierunt autem uidere quid factum est. et uenerunt
ad iesum. et inuenerunt hominem sedentem
a quo daemonia exierant uestitum
et sanae mentis ante pedes eius
et timuerunt. Narrauerunt autem illis et
qui uiderant quomodo sanus factus esset a le
gione. Et rogauerunt illum omnis mul
titudo regionis gerasenorum ut discede
ret ab eis quia magno timore
tenebantur. Ipse autem ascendens navim
rediit. Et rogabat illum vir a
quo daemonia exierant ut cum eo
esset. Dimisit autem eum iesus dicens. re
dire in domum tuam et narra quanta tibi
fecit deus. Et abiit per universam ci
uitatem praedicans quanta illi fecisset iesus.
Factum autem cum rediisset iesus trans
fretum erat illum turba multa
cum. Erant omnes exspectantes eum. Et
ecce venit vir cui nomen iairus et ipse prin
ceps synagogae erat. et cecidit ad pe
des iesu rogans eum ut intraret in
domum eius quia unica erat illi
fere annorum duodecim. et hoc morietur
Et dum iret a turbis com
primebant eum. Et mulier quaedam cum
esset in fluxu sanguinis ab annis xii.
et medicis erogarat omnem substan
tiam suam nec ab illo potuit cum
ri. accessit retro. et tetigit fimbriam
vestimenti eius. Et statim stetit
fluxus sanguinis eius. et ait iesus.
Quis est qui me tetigit. Negantibus
autem omnibus dixit petrus et qui cum
illo erant. Praeceptor turbae te com
primunt et affligunt. et dicis. Quis
me tetigit. Et dixit iesus. Tetigit
me aliquis. Nam ego cognovi
virtutem de me exisse. Videns autem
mulier quia non latuerit tremens ve
nit. et procidit ante pedes eius. Et
ob quam causam tetigerit eum indicauit
coram populo omni. et quomodo
statim sanata sit. Ait ipse. Filia
fides tua te saluam fecit. Vade in pace. Adhuc illo loquente
venerunt quidam a principe
synagogae dicentes illi. Quia mortua est

filia mea modo defuncta est. sed veni et impone
eam illi et vivet. Et surgens Iesus sequebatur eum
cum discipulis suis. Et ecce mulier quæ sanguinem
patiebatur duodecim annis accessit retro et tetigit
fimbriam vestimenti eius. Dixit enim intra se:
Si tantum tetigero vestimentum eius salva ero.
Et cum venisset Iesus in domum principis et
vidisset tibicines et turbam hominum ploran-
tem, dicebat eis: Recedite, non enim mortua est
puella sed dormit. Et deridebant eum.
Et cum ejecta esset turba, introiens tenuit
manum puellæ et surrexit puella. Et
exivit fama hæc in universam terram illam.
Et transeunte Iesu de inde secuti sunt eum duo
cæci clamantes et dicentes: Miserere nobis
fili David. Cum autem venisset domum
accesserunt ei cæci. Et ait illis Iesus:
Creditis quia possum hoc facere vobis?
Dicunt ei: Etiam, Domine. Tunc tetigit
oculos eorum dicens: Secundum fidem
vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi
eorum. Et comminatus eis Iesus dicens:
Videte ne quis cognoscat hoc. Illi autem
egressi diffamaverunt eum in universa
illa terra. Et ecce obtulerunt ei
hominem mutum dæmonium habentem.
Et ejecto dæmonio locutus est mutus.
Et admirabantur turbæ dicentes: Nunquam
apparuit sic in Israel. Pharisæi autem
dicebant: In principe dæmoniorum
ejicit dæmonia.

Et circuibat Iesus civitates omnes et castella docens
in synagogis eorum et prædicans evangelium regni
et curans omnem languorem et omnem infirmitatem.
Videns autem turbas misericordia motus super eis,
quia erant vexati et jacentes sicut oves non habentes
pastorem, tunc dicit discipulis suis: Messis quidem
multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum
messis ut mittat operarios in messem suam.
Et convocatis duodecim discipulis suis dedit eis
potestatem spiritibus immundis ejicere et curare
omnem infirmitatem et omnem languorem.
Et hæc sunt nomina duodecim apostolorum:
primus Simon qui dicitur Petrus et Andreas
frater eius, Jacobus Zebedæi et Joannes frater eius,
Philippus et Bartholomæus, Thomas et Matthæus
publicanus, Jacobus Alphæi et Thaddæus,
Simon Chananeus et Judas Iscariotes, qui et tradidit eum.
Hos duodecim misit Iesus, præcipiens eis dicens:
In viam gentium ne abeatis et in civitatem Samaritanorum
ne intraveritis. Sed ite potius ad oves quæ perierunt
domus Israel. Euntes autem prædicate dicentes
quia appropinquavit regnum cœlorum. Infirmos curate,
mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmonia ejicite.
Gratis accepistis, gratis date. Non possidebitis aurum
neque argentum neque pecuniam in zonis vestris,
non peram in viam neque duas tunicas neque calceamenta
neque virgam. Dignus enim est operarius cibo suo.
In quamcumque autem civitatem aut castellum intraveritis,
diligenter quærite in ea quis dignus sit, et ibi manete donec
exeatis. Et intrantes in domum salutate eam dicentes:
Pax huic domui. Et si fuerit domus illa dignus,
veniat pax vestra super eam; si autem non fuerit dignus,
pax vestra ad vos revertatur. Et quicumque non receperit vos
neque audierit sermones vestros, egredientes foras
domum aut civitatem illam excutite pulverem pedum vestrorum.
Amen dico vobis: Tolerabilius erit terræ Sodomorum
et Gomorræ in die judicii quam illi civitati.
Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum.
Estote ergo prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbæ.
Cavete autem a hominibus. Tradent enim vos in consiliis
suis et in synagogis suis flagellabunt vos. Et ante
præsides autem et reges stabitis propter me in testimonium
illis et gentibus. Cum autem tradiderint vos, nolite cogitare
quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora
quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed
Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet autem
frater fratrem in mortem et pater filium, et insurgent filii
super parentes et morte afficient eos. Et eritis odio omnibus
propter nomen meum. Qui autem perseverabit usque in finem,
hic salvus erit. Cum persequentur vos in civitate hac,
fugite in aliam. Amen dico vobis: Non consummabitis
civitates Israel donec veniat filius hominis.
Non est discipulus super magistrum nec servus super dominum
suum. Sufficit discipulo ut sit sicut magister eius
et servo sicut dominus eius. Si patrem familias
Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos eius!
Ergo ne timeatis eos. Nihil enim opertum quod non
revelabitur, et occultum quod non scietur. Quod dico
vobis in tenebris, dicite in lumine; et quod in aure audistis,
prædicate super tecta. Et ne timeatis eos qui occidunt
corpus, animam autem non possunt occidere; sed
timete potius eum qui animam et corpus potest perdere
in gehenna. Nonne duo passeres asse venient? Et unus
ex illis non cadet super terram sine Patre vestro.
Vestri autem capilli capitis numerati sunt. Nolite
ergo timere: multis passeribus pluris estis vos.
Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus,
confitebor et ego eum coram Patre meo qui in cœlis est.
Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo
et ego eum coram Patre meo qui in cœlis est.
Nolite putare quia venerim pacem mittere in terram;
non veni pacem mittere sed gladium. Veni enim
separare hominem adversus patrem suum, et filiam
adversus matrem suam, et nurum adversus socrum suam.
Et inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem
aut matrem plus quam me, non est me dignus.
Et qui amat filium aut filiam plus quam me, non est me dignus.
Et qui non accipit crucem suam et sequitur me, non est me dignus.
Qui invenerit animam suam perdet illam, et qui perdiderit
animam suam propter me inveniet eam. Qui vos recipit me recipit,
et qui me recipit recipit eum qui misit me. Qui recipit prophetam
in nomine prophetæ mercedem prophetæ accipiet, et qui recipit
justum in nomine justi mercedem justi accipiet. Et quicumque
potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum
in nomine discipuli, amen dico vobis: Non perdet mercedem suam.
Et factum est cum consummasset Iesus præcipiens duodecim
discipulis suis, transiit inde docere et prædicare in civitatibus
eorum. Cum audisset autem in vinculis opera Christi,
mittens duos de discipulis suis ait illi: Tu es qui venturus es,
an alium exspectamus? Respondens Iesus dixit eis: Euntes
renuntiate Joanni quæ audistis et vidistis: Cæci videntur,
claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt,
mortui resurgunt, pauperes evangelizantur. Et beatus est
qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus
cœpit dicere de Joanne ad turbas: Quid exististis in deserto
videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre?
Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur
in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam?
Etiam dico vobis, et plus quam prophetam. Hic enim est
de quo scriptum est: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam,
qui præparabit viam tuam ante te. Amen dico vobis:
Non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista.
Qui autem minor est in regno cœlorum major est illo.
A diebus autem Joanni Baptistæ usque nunc regnum cœlorum
vim patitur, et violenti rapiunt illud. Omnes enim prophetæ
et lex usque ad Joannem prophetabant. Et si vultis recipere,
ipse est Elias qui futurus est. Qui habet aures audiendi audiat.
Cui autem similem dicam hanc generationem? Similem dicam
pueris sedentibus in foro, qui clamantes dicunt
coæqualibus suis: Cantavimus vobis tibiis, et non saltastis;
lamentavimus, et non luxistis. Venit enim Joannes
neque manducans neque bibens, et dicunt: Dæmonium habet.
Venit filius hominis manducans et bibens, et dicunt:
Ecce homo vorax et potator vinum, publicanorum et peccatorum
amicus. Et justificata est sapientia a filiis suis.
Tunc cœpit exprobrare civitates in quibus facta sunt
plurima virtutum eius, quia non egerunt pœnitentiam:
Væ tibi, Corozain! Væ tibi, Bethsaida! Quia si in Tyro et Sidone
factæ essent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio
et cinere pœnitentiam egissent. Verumtamen dico vobis:
Tyro et Sidoni remittetur in die judicii quam vobis.
Et tu, Capernaum, nonne usque ad infernum descendes?
Quia si in Sodoma factæ essent virtutes quæ factæ sunt in te,
forsitan remansisset usque hodie. Verumtamen dico vobis:
Quia terræ Sodomorum remittetur in die judicii quam tibi.
In illo tempore respondens Iesus dixit: Confiteor tibi,
Pater, Domine cæli et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus
et prudentibus et revelasti ea parvulis. Etiam, Pater,
quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt
a Patre meo, et nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem
quis novit nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare.
Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego
reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, et discite
a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem
animabus vestris. Jugum enim meum suave est, et onus meum
leve est. In illo tempore abiit Iesus sabbatis per sata.
Discipuli autem eius esurientes cœperunt vellere spicas
et manducare. Pharisæi autem videntes dixerunt ei:
Ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere sabbatis.
Ipse autem dixit eis: Nonne legistis quid fecerit David
cum esuriret, et qui cum eo erant? Quomodo intravit
in domum Dei, et panes propositionis comedit, quos non licebat
ei manducare neque his qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus?
Aut non legistis in lege quia sacerdotes in templo
sabbatum violant et sine crimine sunt? Dico autem vobis
quia templo maius hic est. Si autem scisset quid hoc est:
Misericordiam volo et non sacrificium, nunquam
condemnasset innocentes. Dominus enim hominis
Filius etiam sabbati. Et cum inde transisset, venit
in synagogam eorum. Et ecce homo erat habens
aridam manum. Et interrogabant eum dicentes:
Quid licet sabbatis? Ut calumniarentur eum.
Ipse autem ait illis: Quis erit ex vobis
qui habeat ovem unam, et si ceciderit hæc
sabbatis in foveam, nonne tenebit et levabit?
Quanto ergo melior est homo ovibus! Ita
licet sabbatis benefacere. Tunc ait homini:
Extende manum tuam. Et extendit, et restituta
est sicut altera. Et egressi Pharisæi
consilium fecerunt adversus eum, quomodo
eum perderent. Sciens autem Iesus
secessit inde cum suis multi, et
sanavit eos omnes. Et comminatus
eis ne palam facerent eum, ut
adimpleretur quod dictum est
per Isaiam prophetam dicentem:
Ecce puer meus quem elegi,
dilectus meus in quo bene
complacuit sibi anima mea.
Ponam spiritum meum super
eum, et judicium gentibus
annuntiabit. Non contendet
neque clamabit, neque audiet
quis in plateis vocem eius.
Arundinem quassatam non
confringet, et linum fumigans
non extinguet donec eiciat
judicium in victoriam.
Et in nomine eius gentes
sperabunt. Tunc oblatus est
ei dæmonium habens, cæcus
et mutus, et curavit eum,
ita ut cæcus et mutus
loqueretur et videret.
Et stupebant omnes turbæ
et dicebant: Nonne hic est
filius David? Pharisæi
audientes dixerunt:
Hic non habet
dæmones nisi in
principe dæmoniorum
Beelzebub. Et
cum sciret cogitationes
eorum, dixit eis:
Omne regnum
divisum contra
se desolabitur,
et omne
civitas
vel domus
divisa contra
se non stabit.
Si autem
Satanas
Satanam
ejicit,
adversus
se divisus
est; quomodo
ergo stabit
regnum

dei. Factum est autem post hec verba fere dies
octo. et assumpsit petrum et iacobum
et iohannem et ascendit in montem ut ora
ret. Et factum est dum oraret species uultus
eius altera et uestimentum eius album reful
gens. et ecce duo uiri loquebantur cum
illo. Erant autem moyses et helyas ui
si in maiestate et dicebant
excessum eius quem completurus
erat in iherusalem. Petrus autem et qui cum illo
erant grauati erant somno. Et
euigilantes uiderunt maiestatem
eius et duos uiros qui stabant cum
illo. Et factum est cum discederent ab illo
ait petrus ad ihesum. Preceptor bonum
est nos hic esse. faciamus hic tria tabna
cula. unum tibi. unum moysi. unum
helye nesciens quid diceret. Hec autem
illo loquente facta est nubes et obumbra
uit eos. timuerunt autem intrantibus illis
in nubem. et uox facta est de nube dicens
Hic est filius meus dilectus ipsum audi
te. Et dum fieret uox inuentus est
ihesus solus. et ipsi tacuerunt. nemini
dixerunt in illis diebus quecumque uiderant
Factum est autem in sequenti die
descendentibus illis de monte occur
rit illi turba multa. et ecce uir de
turba exclamauit dicens. Magi
ster obsecro te respice in filium meum quia
unicus est mihi. Et ecce spiritus apprehen
dit illum et subito clamat et elidit
eum et discrepat eum cum spuma. et uix
discedit dilaniens eum. Et rogauit
discipulos tuos ut eicerent illum. et
non potuerunt. Respondens autem ihesus dixit
O generatio infidelis et peruersa usque
ero apud uos et patiar uos. Adhuc o
blatus filium tuum. Et cum accederet e
ius uexauit eum dyabolus et discrepauit
puerum. et dedit illum patri suo. Et
pauebant autem omnes in magnitudine
dei. Omnibus autem mirantibus in omnibus
quecumque faciebat dixit ad discipulos suos
Ponite uos in cordibus uestris sermones
istos. filius hominis futurus est
enim tradetur in manibus hominum.
At illi ignorabant uerbum istud

et erat uelatum a eis ut non sentirent
illud. timebant interrogare
eum de hoc uerbo. Intrauit autem co
gitatio in eos. quis esset maior
ex ipsis autem cogitationes cordis cog
ouit iesus apprehendens puerum stat
uit illum secus se. Et ait illis.
Quicumque susceperit puerum istum in
nomine meo me suscepit. Et quicumque
me receperit illum qui me misit.
Nam qui minor est inter uos omnes
hic maior est. Ait autem iohannes
dicens. Preceptor uidimus quidam
in nomine tuo demonia eiicientem prohi
buimus eum. quia non sequitur te
nobiscum. Et ait ad illum ihesus. Noli
te prohibere. Qui enim non est aduersus
nos pro nobis est. Factum est autem dum
completerentur dies assumptionis
eius. et ipse faciem suam firma
uit ut iret in iherusalem. Et misit nun
cios ante faciem suam. Et euntes intrauerunt
ciuitatem samaritanorum ut pararent illi. Et non
receperunt eum. quia facies eius erat
euntis iherusalem. Cum uidissent autem
discipuli eius iacobus et iohannes dixerunt.
Domine uis dicimus ut ignis descendat
de celo et consumat illos sicut helyas
fecit. Et conuersus increpauit illos
dicens. Nescitis cuius spiritus estis. fi
lius enim hominis non uenit animas
saluare sed perdere. et abierunt in aliud castel
lum. Factum est autem ambulantibus
illis in uia dixit quidam ad illum
sequar te quocumque ieris. Et ait illi
ihesus. Vulpes foueas habent et uolucres
celi nidos filius autem hominis non habet
ubi caput suum reclinet. Ait autem ad alium.
Sequere me. Ille autem dixit. Domine dimit
te me primum ire sepelire patrem
meum. Et dixit ei ihesus. Sine mortuos
mortuos sepelire suos. Tu
autem uade. renuntia regnum dei.
Et alius. Sequar te domine. sed primum
permitte me renuntiare his qui
domi sunt. Ait autem ad illum ihesus. Nemo
mittens manum suam ad aratrum

Post hec autem designa-
vit dominus alios septuaginta duos et misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem et locum quo erat ipse ueniturus. et dixit illis. Messis quidem multa operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis ut mittat operarios in messem suam. Ite ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum neque peram neque calceamenta. et neminem per uiam salutauerit. In quamcumque domum intraueritis primum dicite. Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis requiescet super illum pax uestra. Quod si autem non fuerit ad uos reuertetur. In eadem autem domo manete edentes et bibentes quae apud illos sunt. Dignus enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et quicumque ciuitatem intraueritis et susceperint uos manducate quae apponuntur uobis. et curate infirmos qui in illa sunt. et dicite illis appropinquauit in uos regnum dei. In quamcumque autem ciuitatem intraueritis et non receperint uos exeuntes in plateas eius dicite. Etiam puluerem qui adhesit nobis de ciuitate uestra excutimus in uos. Hoc tamen scitote quoniam appropinquauit regnum dei. Dico uobis quia sodomis in illo die minus erit quam ciuitati illi. In die iudicii. Ve tibi corozaim. ve tibi bethsaida. quia si in tyro et sidone factae fuissent uirtutes quae in uobis factae sunt olim sedentes poenitentiam egissent. Verumtamen tyro et sidoni remissius erit in iudicio quam uobis. Et tu capharnaum usque ad celum exaltata usque ad infernum descendes. Qui uos audit me audit. Et qui uos spernit me spernit. Qui autem spernit me spernit eum qui me misit. Reuersi sunt autem septuaginta cum gaudio dicentes. Domine etiam demonia subiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis. Videbam satanam sicut fulgur de celo cadentem. Ecce dedi uobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones et super omnem uirtutem inimici et nichil uos nocebit. Verumtamen in hoc nolite gaudere quia spiritus uobis subiciuntur. Gaudete autem quod nomina uestra scripta sunt in celis. In ipsa autem hora exultauit in spiritu sancto et dixit. Confiteor tibi pater domine celi et terre quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis. Etiam pater quia sic placuit ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo scit quis sit filius nisi pater et quis sit pater nisi filius et cui uoluerit filius reuelare. Et conuersus ad discipulos suos dixit. Beati oculi qui uident quae uos uidetis. Dico enim uobis quia multi prophete et reges uoluerunt uidere quae uos uidetis et non uiderunt et audire quae audistis et non audierunt. Et ecce quidam legis peritus surrexit tentans illum et dicens. Magister quid faciendo uitam eternam possidebo. At ille dixit ad eum. In lege quid scriptum est. Quomodo legis. At ille respondens dixit. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex omnibus uiribus tuis et ex omni mente tua. et proximum tuum sicut te ipsum. Dixit autem illi. Recte respondisti. hoc fac et uiues. Ille autem uolens iustificare semetipsum dixit ad iesum. Et quis est meus proximus. Suscipiens autem iesus dixit. Homo quidam descendebat ab hierusalem in iericho et incidit in latrones. Qui etiam despoliauerunt eum et plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem uia. et uisto illo pertransiit. Similiter et leuita cum esset secus uiam uidens eum pertransiit. Samaritanus autem quidam iter faciens uenit secus eum et uidens eum misericordia motus est. Et appropians alligauit uulnera eius infundens oleum et uinum. Et imponens illum in iumentum suum duxit in stabulum. et curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios

et dixit stabulatori. Habe curam illius
habe. Et quodcumque superogaueris ego cum
rediero reddam tibi. Quis horum tri
ginta tibi videtur fuisse illi qui
incidit latrones. Ait ille dixit. Qui
fecit misericordiam cum illo. Et ait illi ihesus. Vade
et tu fac similiter. Cum autem iretur
in castellum quidam. Et quidam castel
lum. Et mulier quedam nomine marcha hospi
cepit illum in domum suam. Et huic
erat soror nomine maria. Que et sedens
secus pedes domini audiebat verbum illius.
Maria autem satagebat circa frequen
tum ministerium. Que stetit et ait. Domine non
curas quod soror mea reliquit me
solam ministrare. Dic ergo illi ut me
adiuuet. Respondens dixit illi dominus. Maria
marcha sollicita es et turbaris
erga plurima. Porro unum est necessa
rium. Maria optimam partem elegit que
non auferetur ab ea.

Factum est autem cum esset iesus quodam
loco orans ut cessauit dixit unus ex
discipulis eius ad eum. Domine doce nos
orare sicut et iohannes docuit discipulos
suos. Et ait illis. Cum orabitis dicite
Pater sanctificetur nomen tuum. Adueniat
regnum tuum. Panem nostrum quotidianum
da nobis quotidie. Et dimitte nobis peccata
nostra. Siquidem et ipsi dimittimus omni
debenti nobis. Et ne nos inducas in
temptationem. Et ait ad illos. Quis
uestrum habebit amicum et ibit ad illum
media nocte et dixerit illi. Amice commo
da mihi tres panes quoniam amicus
meus uenit de uia ad me et non habeo quod po
nam ei. Et ille deintus respondens
dicat. Noli mihi molestus esse. Iam
ostium clausum est et puer mecum mei
sed cubili. Non possum surgere et da
re tibi. Et ille si perseuerauerit pulsans
dico uobis. Et si non dabit ille
surgens eo quod amicus eius sit. Tamen
improbitatem eius surgens et da
bit illi quotquot habet necessarios
Et ego dico uobis. Petite et dabitur uo
bis. Querite et inuenietis. Pulsate et
aperietur uobis. Omnis enim qui petit ac
cipit. Et qui querit inuenit. Et pulsan
ti aperietur. Quis autem erit ex uobis patre
petit panem numquid lapidem dabit
illi. Aut si piscem numquid pro pisce serpentem da
bit illi. Aut si petierit ouum numquid porriget ei scorpionem. Si ergo uos cum
sitis mali nostis bona data dare fi
liis uestris quanto magis pater uester celestis de celo dabit spiritum bonum petentibus se

Erat eiciens demonium et illud
erat mutum. Cum autem eiecisset de
monium locutus est mutus et admira
ti sunt turbe. Quidam autem ex eis dixerunt. In beelzebub principe demo
niorum eiicit demonia. Et alii tem
tantes signum de celo querebant ab
eo. Qui autem uidit cogitationes eorum
dixit eis. Omne regnum in seipsum
diuisum desolabitur et domus super
domum cadet. Si autem et satanas in
seipsum diuisus est quomodo stabit regnum
eius. Quia dicitis in beelzebub eiicere
me demonia. Si autem ego in beelzebub
eiicio demonia filii uestri in quo
eiiciunt. Ideo ipsi iudices uestri erunt
Porro si in digito dei eiicio demonia
profecto peruenit in uos regnum
dei. Cum fortis armatus custodit
atrium suum in pace sunt omnia que possidet
Si autem fortior illo superueniens
uicerit eum uniuersa arma eius au
ferit in quibus confidebat et spolia eius
distribuit. Qui non est mecum aduersum
me est. Et qui non colligit mecum dispergit.
Cum immundus spiritus exierit ab
homine perambulat per loca arida
quirens requiem et non inueniens di
cit. Reuertar in domum meam unde exi
ui. Et cum uenerit inuenit eam scopis
mundatam et ornatam. Et tunc
uadit et assumit septem alios
spiritus secum nequiores se et ingressi
habitant ibi. Et fiunt nouissima
hominis illius peiora prioribus. Factum
autem cum hec diceret extollens uocem
quidam mulier de turba dixit illi
Beatus uenter qui te portauit et

ubem quo fugietis? Ve ille dicet in
imo: beati qui audiunt verbum dei
et custodiunt illud. Urbis autem aur
ventibus repte dic. Genuino hec gene
ratio nequam est. Signum querit et sig
num non dabitur ei nisi signum Ione pro
phete. Sicut enim fuit Ionas signum ni
nivitis ita erit et filius hominis gene
rationi huic. Regina austri surget in
iudicio cum viris huius generatio
nis et condempnabit illos quia venit a
finibus terre audire sapiam salomo
nis. Et ecce plus quam salomon hic. Q
vir ninivite surgent in iudicio cum
generatione hac et condempnabunt
eam quia penitentiam egerunt ad predica
tionem Ione. Et ecce plus quam Ione hic.
Nemo autem accendit lucernam et abscon
dit eam nec sub modio sed super
candelabrum ut qui ingredientur
lumen videant. Lucerna corporis tui
est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit sim
plex totum corpus tuum lucidum erit
Si autem fuerit nequam corpus tuum
tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen
quod in te est tenebre sint. Si ergo corpus
tuum totum lucidum fuerit non habens aliquam
partem tenebrarum erit lucidum to
tum sicut cum lucerna fulgoris illuminat
te. Et cum loqueretur rogavit
illum quidam phariseus ut pranderet
apud se. Et ingressus recubuit. Pharise
us autem cepit intra se reputans die
quare non baptizatus est ante prandium.
Et ait dominus ad illum. Nunc vos pharisei
quod deforis est calicis et catini mundatis. quod autem intus est vestrum
plenum est rapina et iniquitate. Stul
ti nonne qui fecit quod deforis est et id quod
deintus est fecit. Verumtamen quod superest da
te elemosinam et ecce omnia munda
sunt vobis. Sed ve vobis pharisei quia
decimatis mentam et rutam et omne
olus et pertransitis iudicium et cari
tatem dei. Hec autem oportuit facere et
illa non omittere. Ve vobis pharisei qui
diligitis primas cathedras in sinagogis et salutationes in foro. Ve vo

bis quia estis ut monumenta que non ap
parent et homines ambulantes super ne
sciunt. Respondens autem quidam ex legis
peritis ait illi. Magister hec dicens etiam
vobis contumeliam facis. Et ille ait. Et vo
bis legis peritis. Ve quia onerastis homines on
eribus quos portare non possunt et ipsi uno
digito vestro non tangitis sarcinas. Ve
vobis qui edificatis monumenta
prophetarum. Patres autem vestri occiderunt illos.
Profecto testificamini quod consentitis
operibus patrum vestrorum. Quia quidem
ipsi eos occiderunt vos autem edificatis
eorum sepulcra. Propterea et sapientia dei
dixit. Mittam ad illos prophetas et a
postolos et ex illis occident et persequentur
ut inquirat sanguis omnium pro
phetarum qui effusus est a constitutione
mundi a generatione ista. A sanguine
Abel iusti usque ad sanguinem Zacharie
qui periit inter altare et edem. Ita dico
vobis requirentur ab hac generatione
Ve vobis legis peritis quia tulistis clavem
scientie. Ipsi non intrastis. Et eos qui
intrabant prohibuistis. Cum hec ad
illos diceret cepere pharisei et legis peri
gravari in insistere et os eius opprimere
de multis insidiantes ei et querentes
capere aliquid ex ore eius ut accusarent eum.

XII

Interea autem cum turbis innumerabilibus
ita ut conculcarent invicem cepit dicere ad discipulos suos. Intendite
a fermento pharisaeorum quod est hypocrisis. Nihil
autem opertum est quod non revelabitur nec ab
scondatur quod non scietur. Quamque
intra cubiculum dixistis in lumine dicen
tur. Et quod ad aurem locuti estis in cubi
culis predicabitur super tecta. Dico autem
vobis amicis meis ne timeatis ab his
qui occidunt corpus et post hoc non habent
amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis. Time
te eum qui postquam occiderit habet po
testatem mittere in gehennam. Ita dico
vobis hunc timete. Nonne duo passeres
venient dipondio. Et unus ex illis
non est in oblivione coram deo. Sed et

pilli capitis vestri omnis numerati sunt
Nolite ergo timere multis passeribus
xii. pluris estis. Dico autem vobis. Quicū
que confessus fuerit me coram hominibus
et filius hominis confitebitur illum coram
angelis dei. Qui autem negaverit me coram
hominibus denegabitur coram angelis
dei. Et omnis qui dixerit verbum contra filio
hominis remittetur illi. Qui autem
autem spiritum sanctum blasphemaverit non
remittetur. Cum autem inducent
vos in synagogis et ad magistratus et
potestates nolite sollicti esse quomodo
aut quid respondeatis. aut quid dicatis.
Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora
quid oporteat dicere. Ait autem quidam
de turba. Magister dic fratri meo ut me
cum dividat hereditatem. Ille autem
dixit. Homo quis me constituit iudicem
aut divisorem super vos. Dixitque
ad illos. Videte et cavete ab omni
avaritia. quoniam non in habundantia cuius
cum sunt eius ex his quae possidet.
Dixit autem ad illos similitudinem
dicens. Hominis cuiusdam divitis uberes fructus
ager attulit. Et
cogitabat intra se dicens. Quid faciam
quia non habeo quo congregam fructus meos
et dixit. Hoc faciam. Destruam
horrea mea et maiora faciam. et illuc
congregabo omnia quae nata sunt
mihi et bona mea. et dicam animae
meae. Anima habes bona posita in annos
plurimos. requiescе comede bibe epulare.
Dixit autem illi deus. Stulte
hac nocte animam tuam repetunt a
te. Quae autem parasti cuius erunt. Sic
est qui sibi thesaurizat et non est in deum
divites. Dixitque ad discipulos suos.
Ideo dico vobis. nolite sollicitari animae
vestrae quid manducetis. neque corpori
vestro quid induamini. Anima plus est
quam esca. et corpus plus quam vestimentum.
Considerate corvos quia non seminant neque metunt quibus non est cellarium
neque horreum. et deus pascit illos.
Quanto magis vos pluris estis illis
Quis autem vestrum cogitans potest

ad iecit ad staturam suam cubitum
unum. Si ergo neque minimum est potes
tis quod de ceteris sollicati estis. Con
siderate lilia agri quomodo crescunt. non
laborant neque nent. Dico autem vobis
quoniam nec salomon in omni gloria sua
strenuatus est sicut unum ex istis. Si autem
fenum quod hodie in agro est et cras in
clibanum mittitur deus sic vestit
Quanto magis vos pusillae fidei
Et vos nolite quaerere quid man
ducetis aut quid bibetis. neque
in sublime tollitis. Haec enim omnia gen
tes mundi quaerunt. Scit enim pater vester
quam his indigetis. Verumtamen pu
sillus grex quia complacuit patri
vestro dare vobis regnum. Vendite quae
possidetis et date eleemosynam. Fa
cite vobis sacculos qui non veterascunt
thesaurum indeficientem in celis
quo fur non appropiat neque tinea corrum
pit. Ubi enim thesaurus tuus ibi
erit et cor tuum. Sint lumbri vestri pre
cincti. et lucernae ardentes in manibus
vestris. Et vos similes homini exspec
tanti dominum suum quando revertatur
ad nuptias. Ut cum venerit et pul
sabit confestim aperiant ei. Beati
servi illi quos cum venerit dominus
invenerit vigilantes. Amen dico vo
bis quod praecinget se et faciet illos
discumbere et transiens ministrabit
illis. Et si venerit in secunda vigilia
et si in tertia vigilia venerit et ita
invenerit beati sunt servi illi. Hoc autem
scitote quoniam si sciret paterfamilias
qua hora fur veniret vigilaret
utique et non sineret perfodi domum
suam. Et vos estote parati quia qua
hora non putatis filius hominis ve
niet. Tunc ait petrus. Dic ad nos
hanc parabolam an ad omnes.
Dixit autem dominus. Quis putas est fi
delis dispensator et prudens quem
statuit dominus super familiam suam
ut det illis in tempore tritici mensuram

seruus ille seruus qm cum uenit
dns inueniet ita facientes. Amen dico
uobis qꝰ supꝑ omia q̃ possidet ponet
eum. Qd si dixerit seruus ille
in corde suo moram facit dns mis
uenire. et cepit percere pueros. et ancil
las. et edere. et bibere. et inebriari. uenit
dns serui illius in die qua non spe
rat. et hora qua nescit. et diuidet eum. et partem eius cum infidelibus ponet. Ille autem
seruus qui cognouit uoluntatem
dni sui. et non se preparauit. et non fecit sed
uoluntate eius plagis uapulabit
multis. Qui autem non cognouit. et
fecit digna plagis. uapulabit
paucis. Omni autem cui multum datum
est. multum querietur ab eo. et cui com
mendauerunt multum plus petent
ab eo. Ignem ueni mittere in terram.
et quid uolo nisi ut accendatur.
Baptismo autem habeo baptizari. et
quo angustor usque dum perficiatur.
Putatis quia pacem ueni dare in terra.
Non dico uobis. si. separationem. Erunt
a. ex hoc. v. in una domo diuisi tres
in duo. et duo in tres diuidentur.
Pater in filium. et filius in patrem suum.
mater in filiam. et filia in matrem. socrus
in nuru sua. et nurus in socrum sua.
Dicebat autem ad turbas. Cum uide
ritis nubem oriente ab occasu stra
tim dicitis nubes uenit. et ita fit.
Et cum austrum flantem dicitis.
quia estus erit. et fit. Hypocrite
faciem celi et terre nostis probare. hoc
autem tempus quid non probatis. Quid autem
et a uobis ipsis non iudicatis. quod iustum
est. Cum autem uadis cum aduersario tuo
ad principem in via da operam
liberari ab eo. ne forte tradat
te ad iudicem. et iudex tradat te ex
actori. et exactor mittat te in carcem.
Dico tibi non exies inde donec et nouissimum minutum reddas.

Aderant autem quidam ipso in tempore nun
cientes illi de galileis quorum
sanguinem pilatus miscuit cum
sacrificiis eorum. Et respondens dixit illis.
putatis quod hi galilei pre omnibus ga
lileis peccatores fuerint. quia talia passi sunt.
Non dico uobis. sed nisi penitentiam habueritis
omnes similiter peribitis. Aut illi. xviii.
super quos cecidit turris in siloa. et occi
dit eos. putatis et ipsi debitores fu
erunt preter omnes homines habitantes siloam.
dico uobis. si non penitentiam habueritis omnes
similiter peribitis. Dicebat autem hanc si
militudinem. Arborem fici habebat quis
dam plantatam in uinea sua. et uenit
querens fructum in illa. et non inuenit.
Dixit autem ad cultorem uineae. Ecce
anni tres sunt ex quo uenio querens fruc
tum in ficulnea hac. et non inuenio. Ex
cide eam. Ut quid etiam occupat terram. At ille respondens dixit illi. Domine
dimitte illam hac anno usque dum
fodiam circa illam. et mittam stercora.
Et si quidem fecerit fructum sin autem in
futurum excides illam. Erat autem
docens in synagoga eorum sabbatis. Et
ecce mulier quae habebat spiritum infirmita
tis. xviii. annis. et erat incurua
ta. nec omino poterat sursum respicere.
Quam cum uidisset ihesus uocauit eam ad
se. et ait. Mulier dimissa es ab infir
mitate tua. et imposuit illi manus
et protinus erecta est. et glorificabat deum.
Respondens autem archisynagogus indig
nans quia sabbato curasset ihesus dicebat
turbae. Sex dies sunt in quibus oportet opa
ri. In his ergo uenite. et curamini. et non
in die sabbati. Respondit autem ad illum dnus et
dixit. Hypocrite unusquisque uestrum
sabbato non soluit bouem suum aut asi
num a presepio. et ducit adaquare.
Hanc autem filiam abrahae cum sit
filiam sathanae ecce. xviii. annis
non oportuit solui a uinculo isto
die sabbati. Et cum hec dicerent erubesce
bant omnes aduersarii eius. Et omnis
populus gaudebat in uniuersis quae gloriose
fiebant ab eo. Dicebat ergo. Cui simi
le est regnum dei. et cui similem estimo
illud. Simile est grano sinapis
quod accepit homo misit in hortum
suum. et crescit. et fit in arborem mag

nam quolibet est requirere ira
mis eius. Item dicit. Cui simile
existimabo regnum dei? Simile est fer
mento quod acceptum mulier abscon
dit in farine sata tria donec fermentatum
totum. Et ibat per ciuitates
et castella docens et iter faciens in
hierusalem. Dixit autem illi quidam. Domine si
pauci sint qui saluantur. Ipse autem
dixit ad illos. Contendite intrare
per angustam portam quia dico uobis
multi quirunt intrare et non poterunt.
Cum autem intrauerit pater familias et
clauserit ostium et incipietis foris
stare et pulsare ostium dicentes. Domine
aperi nobis. Et respondens dicet uobis. Nescio
uos unde sitis. Tunc incipietis dicere. Manducauimus coram te et bibimus. Et
doctus es in locis nostris. Et dicet uo
bis. Nescio uos unde sitis. Discedite
a me omnes operarii iniquitatis.
Ibi erit fletus et stridor dentium. Cum
uideritis abraham et ysaac et iacob et
omnes prophetas in regno dei. Et ipsi non
sint qui erant primi et sint primi
qui erant nouissimi. In ipsa die
accesserunt quidam pharisei dicen
tes illi. Exi et uade hinc quia herodes te
uult occidere. Et ait illis. Ite et dicite
uulpi illi. Ecce demonia eicio et sa
nitates perficio hodie et cras et tertia
die consumor. Verumtamen oportet me ho
die et cras et sequenti die ambulare
quia fieri non potest prophetam perire
extra hierusalem. Hierusalem hierusalem que occidis prophetas et lapi
das eos qui ad te missi sunt. Quoties
uolui congregare filios tuos quo
modo gallina nidum suum sub pennis
et noluisti. Ecce relinquitur uobis do
mus uestra deserta. Dico autem uobis
quia non uidebitis me donec ueniat
cum dicetis. Benedictus qui uenit in
nomine domini.

XIII

Et factum est cum intrasset sabbato
in domum cuiusdam principis pharisei
sabbato manducare panem et ipsi obser
uabant eum. Et ecce homo quidam
hydropicus erat ante illum. Et res

pondens ihesus dixit ad legis peritos et
pharisaeos dicens. Licet sabbato cu
rare? At illi tacuerunt. Ipse uero apprehensum sanauit eum ac dimisit
Et respondens ad illos dixit. Cuius uestrum
filius aut bos in puteum cadet
Et non continuo extrahet illum die sab
bati? Et non poterant ad hec rede illi re
spondere. Et ad inuitatos parabolam
illam intendens quomodo primos ac
cubitus eligerent. Dicens ad illos.
Cum inuitatus fueris ad nuptias
non discumbas in primo loco ne forte
honoratior te sit inuitatus ab
illo et ueniens his qui te et illum
uocauit dicat. Da huic locum. Tunc
incipias cum rubore nouissimum lo
cum tenere. Sed cum inuitatus fueris
uade recumbe in nouissimo loco
ut cum uenerit qui te inuitauit di
cat tibi. Amice ascende superius. Tunc
erit tibi gloria coram simul ac
cumbentibus. Quoniam omnis qui se exal
tat humiliabitur et qui se hu
miliat exaltabitur. Dicebat autem
et qui se inuitauerat. Cum facis
prandium aut cenam noli uocare
amicos tuos neque fratres tuos neque cog
natos neque uicinos neque diuites ne
forte et ipsi te inuitent et fiat
tibi retributio. Sed cum facis conuiuium uocaque pauperes debiles claudos
cecos et beatus eris quia non habent unde retribuere tibi. Retribuetur
enim tibi in resurrectione iustorum. Hec
cum audisset quidam de simul discum
bentibus dixit illi. Beatus qui manducabit panem in regno dei. At ipse
dixit ei. Homo quidam fecit cenam
magnam et uocauit multos. Et
misit seruum suum hora cene dicere
inuitatis ut uenirent quia iam
parata sunt omnia. Et ceperunt simul
omnes excusare. Primus dixit ei
villam emi et necesse habeo exire et
uidere illam. Rogo te habe me excusa
tum. Et alter dixit. Iuga boum
emi quinque et eo probare illa. Rogo te

hic me excusatum. Et alius dixit
vxorem duxi. et ideo non possum ue
nire. Et reuersus seruus nunciauit
hec domino suo. Tunc iratus pater fami
lias dixit seruo suo. Exi cito. Et ecce. Spla
cas. et uicos ciuitatis. et pauperes de
biles. cecos et claudos introduc
huc. Et ait seruus. Domine factum est uti
mandasti. et adhuc est locus. Et ai
dominus seruo. Exi in uias. et sepes. et
compelle intrare ut impleatur do
mus mea. Dico autem uobis quod nemo
uirorum illorum qui uocati sunt gusta
bit cenam meam. Erant autem turbe
multe cum eo. et conuersus dixit ad il
los. Si quis uenit ad me et non odit
patrem suum et matrem. et uxorem. et fi
lios. et fratres. et sorores. adhuc autem et
animam suam non potest meus esse disci
pulus. Qui non baiulat crucem suam et
sequitur post me non potest meus esse disci
pulus. Quis enim ex uobis uolens turre
edificare nonne prius sedens com
putat sumptus qui necessarii
sunt si habeat ad perficiendum ne posteaq
cum posuerit fundamentum. et non po
tuerit perficere omnes qui uident incipiant
illudere dicentes. Quia hic homo
cepit edificare et non potuit consum
mare. Aut qui rex iturus committere
bellum aduersus alium regem non
sedens prius cogitat si potest
cum decem milibus occurrere ei qui
cum uiginti milibus uenit ad se. Alioquin
adhuc illo longe agente legatio
si quis audierit verba mea non custo
dierit. ego non judico eum. Non enim
veni ut judicem mundum sed ut sal
vificem mundum. Qui spernit me et non
accipit verba mea habet qui judicet eum
Sermo quem locutus sum ille judicabit
eum in novissimo die. Quia ego me
ipso non locutus sum. sed qui misit me
pater ipse mihi mandatum dedit quid

diem et quid loquar. et quo modo
mandatum eius vita eterna est. Quae ego loq
sic dixit mihi pater. sic loquor.

Ante diem autem festum pasche ihs
cum sciret quia venit hora eius ut
transeat ex hoc mundo ad patrem
cum dilexisset suos qui erant in mun
do in finem dilexit eos. Et cena fa
cta cum diabolus iam semisset in cor
de ut traderet eum judas simonis
scariothis sciens quia omnia dedit ei pa
ter in manus. et quia ad deum exit. et ad deum
vadit surgit a cena. et ponit ve
stimenta sua. et cum accepisset linteum
precinxit se. Deinde mittit aquam
in pelvim. et cepit lavare pedes dis
cipulorum. et tergere linteo quo erat
precinctus. venit ergo ad simonem
petrum. et dixit ei petrus. Domine tu
mihi lavas pedes. Respondit ihs. et dixit
ei. Quod ego facio tu nescis modo.
scies autem postea. Dicit ei petrus. non
lavabis mihi pedes in eternum. Respondit ei
ihs. Si non lavero te non habebis partem mecum.
Dicit ei simon petrus. Domine non tantum pe
des meos sed manus et caput. Dicit
ei ihs. Qui lotus est non indiget nisi
ut pedes lavet sed est mundus tot.
et vos mundi estis sed non omnes. Sciebat
enim quisnam esset qui tradet eum
propterea dixit non estis mundi omnes. Post
quam ergo lavit pedes eorum. accepit vestimenta
sua. et cum recubuisset iterum
dixit eis. Scitis quid fecerim vobis
vos vocatis me magister et domine. et bene
dicitis. Sum etenim. Si ergo ego lavi
pedes vestros dominus et magister vestros dico
vobis. alter alterius lavare pedes. Exem
plum enim dedi vobis ut quemadmodum ego
feci vobis ita et vos faciatis. Amen
amen dico vobis non est servus maior
domino suo neque apostolus maior eo qui
misit illum. Si hec scitis beati eri
tis si feceritis ea. Non de omnibus vobis
dico. ego scio quos elegerim. sed ut
adimpleatur scriptura. Qui manducat panem meum levabit calca
neum suum super me. Amen dico vobis

puisqm fiat in eum frm fiat eum
as qego sum. Iam amdico vob. qui
accipit si quem misero me accipit. Qui
autem me accipit accipit eum qui me
misit. Cum hec dixisset ihe turbatus
est spiritu et protestatus est et dixit amen amen
dico vobis qm unus ex vob me tradet
Aspiciebant igitur ad invicem discipuli he
sitantes de quo dicret. erat igitur
ad mensam in sinu ihesu unus ex discipulis eius quem diligebat ihe.
Innuit igitur hunc simon petrus et dixit. Quis est
iste de quo dicit. Cum recubuisset ille sup pectus ihesu dicit ei. Domine
quis est. Respondit ihe. Ille est cui intingens
panem ego porrexero. Et cum intinxisset panem dedit iude simonis scario
te. Et post buccellam tunc introivit in
eum satanas. Et dicit ei ihe. Quod facis fac citius. Hec autem nemo scivit
discumbentium ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant quia loculos habebat
iudas quod dixerit ihe. Eme eam quod opus est nobis ad diem festum ut egenis
aliquid daret. Cum igitur accepisset ille buccellam exivit continuo. Erat autem
nox. Cum igitur exisset dixit ihe. Nunc
clarificatus est filius hominis et deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus est in
eo et deus clarificabit eum in semetipso
et continuo clarificabit eum. Filioli
adhuc modicum vobiscum sum. Quaeretis me et sicut dixi iudeis quia ego vado
vos non potestis venire et vobis dico
modo. Mandatum novum do vobis ut diligatis invicem sicut dilexi vos. ut et
vos diligatis invicem. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis.
si dilectionem habueritis ad invicem.
Dixit ei simon petrus. Domine quo vadis. Respondit ihe. Quo ego vado non potes
me sequi modo. sequeris autem postea.
Dixit ei petrus. Quare non possum te
sequi modo. Animam meam pro te ponam.
Respondit ihe. Animam tuam pro me pones.
Amen amen dico tibi non cantabit gallus donec ter me negabis. Fac
disciplis suis.

Non turbetur cor vestrum neque formidet. XIII
Credite in deum et in me credite. In
domo patris mei mansiones multe
sunt. Si quo minus dixissem vobis quia vado
parare locum. Et si abiero et prepa
rero vobis locum iterum veniam et acci
piam vos ad me ipsum. Ut ubi sum
ego. et vos sitis. Et quo ego vado scitis et viam scitis. Dicit ei thomas. Do
mine nescimus quo vadis. et quo po
sumus scire viam. Dicit ei ihe. Ego
sum via veritas et vita. Nemo venit
ad patrem nisi per me. Si cognovisset
me et patrem meum utique cognovisset
tis. et amodo cognoscetis eum et vidistis
eum. Dicit ei philippus. Domine
ostende nobis patrem et sufficit nobis. Dicit
ei ihe. Tanto tempore vobiscum sum et non cog
novisti me. Philippe qui vidit me
vidit et patrem meum. Quomodo tu dicis os
tende nobis patrem. Non credis. quia ego in
patre et pater in me est. Verba quae ego loquor
vobis a me ipso non loquor. Pater autem in me
manens. ipse facit opera. Non credis
quia ego in patre et pater in me est. Alioquin
propter opera ipsa credite. Amen amen dico vobis
qui credit in me opera quae ego facio et ipse
faciet. Et maiora horum faciet quia ego
ad patrem vado. Et quodcumque petieritis
patrem in nomine meo. hoc faciam ut glo
rificetur pater in filio. Si quid petieritis
in nomine meo. hoc faciam. Si diligitis
me mandata mea servate et ego ro
gabo patrem. et alium paraclitum dabit vobis
ut maneat vobiscum in eternum spiritum
veritatis quem mundus non potest capere
quia non videt eum nec scit eum. vos autem cognoscetis eum. quia apud vos manebit
et in vobis erit. Non relinquam vos
orphanos. veniam ad vos. Adhuc
modicum et mundus me iam non videt
vos autem videbitis me quia ego vivo et
vos vivetis. In illo die vos cog
noscetis quia ego sum in patre meo. et vos
in me et ego in vobis. Qui habet mandata
mea et servat ea ille est qui diligit
me. Qui autem diligit me diligetur
a patre meo. Et ego diligam eum et

manifestabo eum me ipm. Hic est
dis ñ illo Scarioth. Domine quid
factum est q manifestaturus es nob te ip
sum et non mundo. Respdit ihs et dixit eis
Si quis diligit me sermonem meum
seruabit. et pr mis diliget eum et ad
eum ueniemus et mansionem ap eum
faciemus. Qui ñ diligit me sermo
nes meos ñ seruat. et sermonem qm
audistis ñ est mis. sed eius qui misit
me patris. Hec locutus sum uob ap uos
manens. Paracletus autem spiritus sanctus quem
mittet pr in nomine meo ille uos doce
bit omia et suggeret uob omia quecq
dixero uob. Pacem relinquo uob. pa
cem meam do uobis. Non quomodo mundus
dat ego do uob. Non turbetur cor uum
neq formidet. Audistis q ego dixi uob
uado et uenio ad uos. Si diligeretis
me gauderetis utique q uado ad patrem
q pr maior me est. et nunc dixi uob pri
usqm fiat ut cum factum fuerit credatis
Iam ñ multa loquar uobcum. Venit
enim princeps mundi huius et in me
ñ habet quicqm. sed ut cognoscat mun
dus q diligo patrem et sicut dedit mi
mandatum dedit mihi pr ita facio.
Surgite eamus hinc. Ego sum uera
uera et pr mis agricola est. omem pal
mite in me ñ ferentem fructum tol
let eum et omem qui fert fructum
purgabit eum ut fructum amplius affe
rat. Iam uos mundi estis
pr sermonem qm locutus sum uobis
Manete in me et ego in uob. Sicut pal
mes ñ potest facere fructum a semetipso
nisi manserit in uite sic nec uos ñ
nisi manseritis.

Ego sum uitis uos palmites. Qui
manet in me et ego in eo. Hic fert
fructum multum. quia sine me nihil
potestis facere. Si quis in me ñ man
serit mittetur foras sicut palmes et
arescet et colligent eum et in ignem
mittent et ardet. Si manseritis in
me et uba mea in uobis manserint
quodcumq uolueritis petetis et fiet uo
bis. In hoc clarificatus est pr meus ut fru
mtu multum afferatis et efficiamini

mei discipli. Sicut dilexit me pr et
ego dilexi uos. Manete in dilectione
mea. Si precepta mea seruaueritis
manebitis in dilectione mea. sicut et ego
precepta pris mei seruauit et maneo
eius dilectione. Hec locutus sum
uob ut gaudium meum sit in uob. et
gaudium uum impleatur. Hoc est pre
ceptum meum ut diligatis inuicem
sicut dilexi uos. Maiorem hac di
lectionem nemo habet quam ut animam suam
ponat quis pro amicis suis.
Uos amici mei estis si feceritis que ego
precipio uobis. Iam ñ dicam uos
seruos. q seruus nescit quid faci
at dns eius. Uos autem dixi amicos.
q omia quecumq audiui a pre meo
nota feci uob. Non uos me elegistis
sed ego elegi uos et posui uos ut eatis
et fructum afferatis et fructus uu
maneat. Ut quicumq petieritis pa
trem in nomine meo det uob. Hec man
do uob ut uos diligatis inuicem. Si
mundus uos odit scitote q me pri
orem uob odio habuit. Si de mundo
fuisseitis mundus q suum erat di
ligeret. Quia uero de mundo ñ estis
sed ego elegi uos de mundo. propea odit
uos mundus. Memento sermonis
mei quem ego dixi uob. ñ est seruus
maior dno suo. Si me persecuti sunt
et uos persequentur. si sermonem meum
seruauerit et uum seruabunt. Sed
hec omia facient uob pr nomen
meum q nesciunt est qui misit me.
Si ñ uenissem et locutus eis ñ fuis
sem peccm ñ habent. Nunc autem ex
cusationem ñ habent de peccto suo. Qui
me odit et pre meum odit. Si opa
ñ fecissem in eis q nemo alius fe
cit peccm ñ habent. Nc autem et uide
runt et oderunt et me et pre meum.
Sed ut adimpleatur sermo qui
in lege eorum scriptus est q odio habuerunt
me gratis. Cum autem uenerit
paracletus quem ego mittam uobis a
pre spm ueritatis qui a pre procedit
ille testimonium perhibebit de me et uos
testimonium phibetis. q

Hab mtio mecū estis. XVI
Hec locutus sum vob ut non scan
dalizemini. Absq; synagogis fa
cient vos. Sed venit hora ut omis
qui interficit vos arbitretur obsequi
um se prestare deo. Et hec facient
vob quia non noverunt patrem neq; me. Sed
hec locutus sum vob ut cum venerit
hora eorum reminiscamini quia ego dixi
vob. Hec autem vob ab initio non dixi quia
vobiscum eram. Et nunc vado ad eum
qui me misit. Et nemo ex vob interro
gat me quo vadis. Sed quia hec locu
tus sum vob tristicia implevit cor
vestrum. Sed ego veritatem dico vob expe
dit vob ut ego vadam. Si enim non
abiero paracletus non veniet ad vos. Et cum
venerit ille arguet mundum de peccato
et de iustitia et de iudicio. De peccato quidem
quia non crediderunt in me. De iustitia vero
quia ad patrem vado et iam non videbitis
me. De iudicio autem quia princeps hu
ius mundi iam iudicatus est.
Adhuc multa habeo dicere vobis sed non potes
tis portare modo. Cum autem venerit
ille spiritus veritatis docebit vos omem ve
ritatem. Non enim loquetur a semetipso.
Sed quecumq; audiet loquetur. Et quecumq;
ventura sunt annunciabit vobis. Ille me cla
rificabit. Quia de meo accipiet et annun
ciabit vobis. Omia quecumq; habet pater
mea sunt. Propterea dixi vobis quia de meo
accipiet et annunciabit vobis. Modi
cum iam non videbitis me et rursum mo
dicum et videbitis me. Quia vado ad
patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad
invicem. Quid est hoc quod dicit
nobis modicum. Non videbitis me et rursum mo
dicum et videbitis me et quia vado ad
patrem. Dicebant ergo. Quid est hoc quod dicit
nobis modicum. Nescimus quid loqui
tur. Cognovit autem ihesus quia volebant
eum interrogare et dixit eis. De hoc
quaeritis inter vos quia modicum non
videbitis me et rursum modicum et
videbitis me. Amen amen dico vobis quia plo
rabitis et flebitis vos. Mundus au
gandebit vos autem contristabimini

tristicia vestra vertetur in gaudium.
Mulier cum parit tristiciam habet
quia venit hora eius. Cum autem peperit
puerum non meminit pressure
propter gaudium quia natus est homo in mun
dum. Et vos igitur nunc quidem tristiciam
habetis. Iterum autem videbo vos. Et gau
debit cor vestrum. Et gaudium vestrum ne
mo tollet a vobis. Et in illo die me non
interrogabitis quicquam. Amen amen dico vo
bis siquid petieritis patrem in nomine
meo dabit vobis. Usq; modo non petistis
quicquam in nomine meo. Petite et accipie
tis ut gaudium vestrum sit plenum. Hec
in proverbis locutus sum vobis. Ve
nit hora cum iam non in proverbis
loquar vobis. Sed palam de patre meo
annunciabo vobis. In illo die in nomine
meo petetis. Et non dico vobis quia
ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pa
ter amat vos. Quia vos amastis me et cre
didistis quia ego deo exivi. Exivi a patre et
venio in mundum. Rursum relinquo mun
dum et vado ad patrem. Dixerunt ei dis
cipuli eius. Ecce nunc palam loquis et pro
verbium nullum dicis. Nunc scimus quia
scis omia et non est opus tibi ut quis te
interroget. In hoc credimus quia deo ex
istis. Respondit eis ihesus. Modo creditis. Ec
ce venit hora et iam venit ut dispergamini
unusquisq; in sua et me solum
relinquatis. Sed non sum solus quia pa
ter mecum est.
XVII
Hec locutus sum vob ut in me
pacem habeatis. In mundo pressu
ram habebitis. Sed fidite ego vici mun
dum. Hec locutus est ihesus. Et sublevatis
oculis in celum dixit. Pater venit
hora clarifica filium tuum ut filius
tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potes
tatem omis carnis ut omne quod de
disti ei det eis vitam eternam. Hec
autem est vita eterna ut cognoscant te
solum deum verum et quem misisti ihsum
xpm. Ego te clarificavi super terram. Opus
consummavi quod dedisti mihi ut faciam.
Et nunc clarifica me tu pater apud te me
ipsum claritate quam habui priusq;

mundus fieret ap̃ te. Manifestauī
nomen tuū hōib; quos dedisti mihi
de mundo. Tui erant et mihi eos de
disti et sermonē meū seruauerūt
et nunc cognouerūt quōia q̃ dedisti
mihi ab te sūt. Quia q̃ dedisti mi
dedi eis et ipi acceperūt et cognouerūt
vere quia a te exiui et crediderūt quia tu me
misisti. Ego pro eis rogo. Non pro mū
do rogo sed pro his quos dedisti mihi quia
tui sūt omnia mea mea sūt et tua mea
sūt et clarificatus sum in eis. Et iam non
sum in mundo. Et hi in mundo sūt et ego
ad te uenio. Pater sānte serua eos in
nomine tuo quos dedisti mihi ut sint
unū sicut et nos. Cum eēm cum eis ego
seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti
mihi ego custodiui et nemo ex eis
perijt nisi filius perditionis ut scrip
tura impleretur. Nunc autē ad te ue
nio. Et hec loquor in mundo ut habeant
gaudium meū impletum in semet
ipsis. Ego dedi eis sermonem tuū. Et
mundus odio eos habuit quia non sunt de
mundo sicut et ego non sum de mundo.
Non rogo ut tolles eos de mundo sed
ut serues eos a malo. De mundo non
sūt sicut et ego non sum de mundo. Sanctifica
eos in ueritate. Sermo tuus ueritas est. Sicut
tu me misisti in mundū et ego mitto
eos in mundū et ego pro eis sanctifico me ipsum
ut sint et ipsi sanctificati in ueritate.
Non pro eis autē rogo tantū sed pro eis qui
credituri sūt per uerbum eorū in me ut
omnes unū sint sicut tu pater in me et ego
in te ut et ipsi in nobis unū sint ut mundus
credat quia tu me misisti. Et ego claritatem
quam tu dedisti mihi dedi eis
ut sint unū sicut nos unū sumus. Ego
in eis et tu in me ut sint consummati
in unū et cognoscat mundus quia tu me
misisti et dilexisti eos sicut me dilexisti.
Pater quos dedisti mihi uolo ut ubi
sum ego et illi sint mecū ut uideant
claritatem meam quam dedisti mihi quia
dilexisti me ante constitutionem mun
di. Pater iuste mundus te non cognouit
ego autē te cognoui. Et hi cog

nouerunt quia tu me misisti. Et nomen
feci eis nomen tuū et nomen faciam
ut dilectio qua dilexisti me in ipsis
sit et ego in ipsis. XVIII

Cum dixisset hec egressus est cum
discipulis suis trans torrentem
cedron ubi erat hortus in quem intrauit
ipse et discipuli eius. Sciebat autē
Iudas qui tradebat eum locum quia
sepe conuenerat illuc cum discipu
lis suis. Judas ergo cum accepisset
cohortem et a pontificibus et a phari
seis ministros uenit illuc cum
laternis et facibus et armis. Jhesus ita q̃
sciens omnia que uentura erant super
eum prodiit et dixit ad eos. Quem quer
itis. Responderunt ei. Jhesum nazareum.
Dicit eis Jhesus. Ego sum. Stabat autē
Iudas qui tradebat eum cum ipsis.
Vt ergo dixit eis. Ego sum. abierunt
retrorsum et ceciderunt super terram. Iterum
interrogauit eos. Quem quaritis. Qui ad
dixerunt. Jhesum nazarenum. Respondit
eis Jhesus. Dixi uobis quia ego sum. Si ergo
me quaritis sinite hos abire. Ut ad
impleretur sermo quem dixit. Quia
quos dedisti mihi non perdidi ex eis
quemquam. Simon ergo petrus habens gla
dium educebat eum et percussit pontifi
cis seruum et abscidit auriculam
eius dexteram. Erat autē nomen serui
malchus. Dixit ergo Jhesus petro. Mite
gladium tuum in uaginam. Calicem quem de
dit mihi pater non bibam illum.
Cohors ergo et tribunus et ministri
iudeorum comprehenderunt Jhesum et ligauerunt
eum. Et adduxerunt eum ad annam primum. Erat enim
socer caiphe qui erat pontifex anni
illius. Erat autē caiphas qui con
silium dederat iudeis quia expedit
unum hominem mori pro populo. Sequebatur
autē Jhesum simon petrus et alius dis
cipulus. Discipulus autē ille erat notus
pontifici et introiuit cum Jhesu in atrium
pontificis. Petrus autē stabat
ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus a
lius qui erat notus pontifici et
dixit ostiariae et introduxit petrum

Dixit g̃ petro ana nolla ostiaria. Num
quid tu et discipulus es homis istius.
Dixit ille. ñ sum. Erant aut ser
ui et ministri. ad prunas q̃ fecerant
et calefaciebat se. Erat aut. cum
eis et petrus stans et calefaciens se.
Pontifex g̃ interrogauit ihm de dis
ciplis suis. et de doctrina eius. Respo
dit ihe. Ego palam locutus sum mũ
do. ego semper docui in synagogis et
in templo quo omis iudei conueniunt
et in occulto locutus sum nichil. Quid
me interrogas. interroga eos qui audi
erunt quid locutus sum eis. Ecce
hi sciunt quae dixerim ego. Hec autem
cum dixisset unus assistens ministro
rũ dedit alapam ihu dicens. Sic re
spondes pontifici. Respondit ei ihs. Si male
locutus sum testimonium phibe de
malo. Si autem bñ quid me cedis. Et
misit eum anna ligatum ad caiphan
pontificem. Erat autem simon
petrus stans et calefaciens se. Dixe
rũ g̃ et. Numquid et tu ex discipulis eius
es. Negauit ille et dixit. Non sum.
Dixit unus ex seruis pontificis cog
natus eius cuius abscidit petrus
auriculam. Nonne ego te uidi in horto cũ
illo. Rursum g̃ negauit petrus et sta
tim gallus cantauit. Adducunt g̃
ihm ad caiphan in praetorium. Erat au
tem mane et ipsi non introierunt in praetorium
ut non contaminarentur sed manducarent
pascha. Exiit g̃ pilatus ad
eos foras et dixit. Quam accusationem af
ferris aduersus hominem hunc. Respo
derunt et dixerunt ei. Si non esset hic malefactor
non tibi tradidissemus eum. Dixit g̃ eis pi
latus. Accipite g̃ eum uos et secũdũ le
gem uram iudicate eum. Dixerũt
g̃ ei iudei. Nobis non licet interficere
quẽmq̃. Vt sermo ihu impleretur quem
dixit significans qua morte esset mo
riturus. Introiuit g̃ iterum in praeto
rium pilatus et uocauit ihm et dixit
ei. Tu es rex iudeorum. Respondit ihs a re
metipso hoc dicis. an alii dixerunt
tibi de me. Respondit pilatus. Nũquid
ego iudeus sum. Gens tua et pontifi
ces tradiderunt te mihi. Quid feci
sti ihe. Regnũ meum ñ est de hoc
mundo. Si de hoc mundo esset regnum
meum ministri mei utique decertarent
ut ñ traderer iudeis. Nunc autem regnum
meum ñ est hinc. Dixit itaque ei pilatus
Ergo rex es tu. Respondit ihs. Tu dicis quia
rex ego sum. Ego in hoc natus sum
et ad hoc ueni in mundum ut testimoni
um phibeam ueritati. Omis qui est ex
ueritate audit uocem meam. Dixit
ei pilatus. Quid est ueritas. Et cum
hoc dixisset iterum exiuit ad iudeos et
dixit eis. Ego autem nullam inuenio
in eo causam. Est autem consuetudo uobis ut
unum dimittam uobis pascha. Vultis
igitur dimittam uobis regem iudeorum. Cla
mauerũt g̃ rursum omis dicentes.
Non hunc sed barabam. Erat autem bar
abas latro.

Tunc g̃ apprehendit pilatus
ihm et flagellauit eum. Et mili
tes plectentes coronam de spinis
imposuerũt capiti eius et ueste pur
purea circumdederũt ei et ueniebãt
ad eum et dicebant. Ave rex iudeorũ.
Et dabant ei alapas. Exiuit g̃ ihs ite
rum pilatus foras et dixit eis. Ecce
adduco eum foras uobis ut cognoscatis
quia nullã in eo camsam inuenio. Exiuit
g̃ ihs portans spineam coronam et pur
puream uestimentum et dixit eis. Ecce
homo. Cum g̃ uidissent eum pon
tifices et ministri clamabant dicen
tes. Crucifige crucifige eum. Dixit eis
pilatus. Accipite eum uos et crucifi
gite. Ego enim non inuenio in eo causam. Res
dederũt iudei. Nos legem habemus et secũdũ nos legem
debet mori quia filium dei fecit
se. Cum g̃ audisset pilatus hunc ser
monem magis timuit et introiuit in praetorium
rursum et dixit ad ihm. Vnde
es tu. Ihs autem responsum non dedit ei. Dixit
g̃ ei pilatus. Mihi non loquis scis
quia potestatem habeo crucifigere te et po
testatem habeo dimittere te. Respondit ihs.
Non haberes potestatem aduersum me

ullam nisi tibi esset datum desuper
propterea qui me tradidit tibi maius
peccatum habet. Exinde quærebat pi-
latus dimittere eum. Iudei autem
clamabant dicentes. Si hunc dimit-
tis non es amicus cesaris. Omnis qui
se regem facit contradicit cesari
Pilatus igitur cum audisset hos sermo-
nes adduxit foras ihm sedit pro
tribunali in loco qui dicitur lithostro-
tos hebraice autem gabbatha. Erat au-
tem parasceue paschae hora quasi sexta et
dixit iudeis. Ecce rex vester. Illi autem
clamabant dicentes. Tolle tolle
crucifige eum. Dicit eis pilatus. Re-
gem vestrum crucifigam. Respon-
derunt pontifices. Non habemus regem nisi
cesarem. Tunc igitur tradidit eis illum
ut crucifigerent. Suscepe autem ihm
et bajulans sibi crucem
exivit in eum qui dicitur calvarie locum
hebraice golgatha. Ubi eum cruci-
fixerunt et cum eo alios duos hinc
et hinc medium autem ihm. Scripsit au-
tem et titulum pilatus et posuit super
crucem erat autem scriptum ihs na-
zarenus rex iudeorum. Hunc igitur titulum
multi iudeorum legerunt quia prope erat
locus ubi crucifixus est ihs. Et
erat scriptus hebraice graece et latine
Dixerunt igitur pilato pontifices iude-
orum. Noli scribere rex iudeorum sed quia
ipse dixit rex sum iudeorum. Respon-
dit pilatus. Quod scripsi scripsi. Milites igitur
cum crucifixissent eum acceperunt
vestimenta eius et fecerunt ex eis partes
singulis militibus partem et tunicam.
Erat autem tunica inconsutilis de
superiori parte contexta. Dixerunt ad invicem
non scindamus eam sed sortiamur de
illa cui. Ut scriptura impleatur
dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi
et super vestem meam miserunt sortem.
Et milites quidem hæc fecerunt. Sta-
bant autem iuxta crucem ihu mater
eius et soror matris eius maria cleo-
phe et maria magdalene. Cum igitur
vidisset igitur ihs matrem et discipulum stan-

tem quem diligebat dicit matri suae. Mu-
lier ecce filius tuus. Deinde dicit de-
inde discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora ac-
cepit eam discipulus in suam. Postea
sciens ihs quia iam omnia consumma-
ta sunt ut consummaretur scriptura dicit
sitio. Vas igitur positum erat aceto ple-
num. Illi autem spongiam plenam ace-
to hysopo circumponentes obtulerunt
oris eius. Cum igitur accepisset ihs acetum
dixit. Consummatum est. Et inclina-
to capite tradidit spm. Iudei igitur
quia parasceue erat ut non remanerent
per sabbatum corpora sabbato. Erat enim
magnus dies ille sabbati rogaverunt
pilatum ut frangerentur eorum
crura et tollerentur venerunt igitur milites
et primum quidem fregerunt crura
alterius qui crucifixus est
cum eo. Ad ihm autem cum venissent
ut viderunt eum iam mortuum non
fregerunt eius crura. Sed unus militum
lancea latus eius aperuit
et continuo exivit sanguis et aqua
et qui vidit testimonium perhibuit
et verum est testimonium eius. Et ille
scit quia dicit ut vos credatis.
Facta sunt enim hæc ut scriptura impleretur
Os non comminuetis ex eo. Et rursum alia
scriptura dicit. Videbunt in quem
transfixerunt. Post hæc autem rogavit
pilatum ioseph ab arimathia qui
erat discipulus ihu occultus autem
propter metum iudeorum ut tolleret corpus
ihu et permisit pilatus. Venit igitur et tu-
lit corpus ihu venit autem nicodemus
Qui venerat ad ihm nocte pri-
mum ferens mixturam myrrhæ et aloes
quasi libras centum. Acceperunt igitur corpus
ihu et ligaverunt eum linteis cum aro-
matibus sicut mos est iudeis sepelire. Erat
autem in loco ubi crucifixus est hortus
et in horto monumentum novum in quo nondum
quisquam positus fuerat igitur
propter parasceuen iudeorum quia iuxta erat
monumentum posuerunt ihm. XX

Una autem sabbati maria magdalene
venit mane cum adhuc esset te

quis mihi dum aliqui prosperum
lectam fuisse mente mentem ad
nos. Estuero ad nos. Nunc nos ut
aliquid ad memoriam nobis gratiam
ad confirmandos nos in eis simul con
solari in nobis per eam quam mutuam est
fidem vestram atque meam. Solo. Nolo nos
ignorare fratres quia sepe proposui venire
ad nos. Et prohibitus sum usque adhuc
ut aliquem fructum habeam in vobis sicut
et in ceteris gentibus. Grecis ac barbaris
sapientibus et insipientibus debitor
sum. Ita quod in me promptum est vobis
qui Rome estis evangelizare. Non
enim erubesco evangelium. Virtus enim
dei est salutem omni credenti iudeo pri
mum et greco. Justitia enim dei in eo revela
tur ex fide in fidem sicut scriptum
est. Justus autem ex fide vivit. Revela
tur enim ira dei de celo super omnem impietatem
et iniustitiam hominum eorum qui veritatem
dei in iniustitia detinent. Quia
quod notum est dei manifestum est in illis.
Deus enim illis manifestavit. Quia
invisibilia ipsius a creatura mundi
per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur
sempiterna quoque eius virtus et
divinitas ut sint inexcusabiles
quia cum cognovissent deum non sicut
deum glorificaverunt aut gratias egerunt
sed evanuerunt in cogitationibus suis et
obscuratum est insipiens cor eorum. Dicen
tes enim se esse sapientes stulti sunt
et mutaverunt gloriam incorruptibilis
dei in similitudinem imagine corrup
tibilis hominis et volucrum et quadrupe
dum et serpentum. Propter quod tradi
dit illos deus in desideria cordis eorum in
immundiciam ut contumelias afficiant
corpora sua in semetipsis. Qui commu
taverunt veritatem dei in mendacium et colu
erunt et servierunt creature potius quam
creatori qui est benedictus in secula secula amen.
Propter hoc tradidit illos deus in passiones
ignominiae. Etenim femine eorum im
mutaverunt naturalem usum in
usum qui est contra naturam. Similiter
autem et masculi relicto naturali usu
feminae exarserunt in desideriis suis
in invicem masculi in masculos turpi
tudinem operantes et mercedem quam
oportuit erroris sui in semetipsis re
cipientes. Et sicut non probaverunt deum habere
in notitia tradidit illos deus in repro
bum sensum ut faciant ea quae non
conveniunt. Repletos omni iniquita
te malitia fornicatione avaritia
nequitia plenos invidia homi
cidio contentione dolo malignitate
susurrones detractores deo odibiles
contumeliosos superbos elatos inven
tores malorum parentibus non obedientes
insipientes incompositos sine af
fectione absque fide sine ira. Qui cum
iustitiam dei cognovissent non
intellexerunt quoniam qui talia agunt
digni sunt morte non solum qui ea
faciunt sed etiam qui consentiunt facientibus.

Propter quod in
excusabilis es homo omnis qui
iudicas. In quo enim iudicas alium
te ipsum condemnas. Eadem enim agis qui
iudicas. Scimus autem quoniam iudi
cium dei secundum veritatem est super eos qui talia
agunt. Existimas autem hoc o homo qui
iudicas eos qui talia agunt et facis
ea quoniam effugies iudicium dei. An divi
tias bonitatis eius et patientiae et
longanimitatis contemnis ignorans
quoniam benignitas dei ad penitentiam te
adducit. Secundum autem duritiam tuam
et cor impenitens thesaurizas tibi iram
in die ire et revelationis iusti iudi
cii dei qui reddet unicuique secundum opera
eius. His quidem qui secundum patien
tiam operis boni gloriam et honorem
et incorruptionem exquirunt vitam
eternam. His autem qui sunt de con
tentione et qui non acquiescunt veritati
credunt autem iniquitati ira et
indignatio tribulatio et angustia
super omnem animam hominis operantis malum
iudei primum et greci. Gloria autem et ho
nor et pax omni operanti bonum iu
deo primum et greco. Non enim est acceptio
personarum apud deum. Quicumque enim sine

lege peccauimus sine lege peribimus. Et
quicumque in lege peccauerunt per legem
iudicabuntur. Non enim auditores le-
gis iusti sunt apud deum. Factores legis
iustificabuntur. Cum enim gentes que lege
non habent naturaliter ea que legis sunt
faciunt eiusmodi legem non habentes
ipsi sibi sunt lex. Qui ostendunt opus
legis scriptum in cordibus suis testimo-
nio reddente illis conscientia ipsorum et
cogitationum accusantium aut
etiam defendentium in die cum iudicabit deus
occulta hominum secundum euangelium ipsum
per christum. Si autem tu iudeus cognomina-
ris et requiescis in lege et gloriaris in deo
et nosti voluntatem eius et probas meliora
instructus per legem confidens te ipsum esse ducem caecorum lumen eorum qui
in tenebris sunt eruditorem insipientium
magistrum infantium habentem formam scientie et veritatis in lege. Quid ergo alium docens te ipsum non doces? Qui predicas non furandum furaris? Qui dicis non moechandum moecharis? qui abhominaris idola sacrilegium facis? Qui in
lege gloriaris per prevaricationem legis deum inhonoras? Nomen enim dei propter vos
blasphematur inter gentes sicut scriptum
est. Circumcisio quidem prodest si legem
obserues. Si autem prevaricator legis fueris circumcisio tua preputium fuit. Si ergo
preputium iustitias legis custodiat. Nonne preputium illius in circumcisionem
reputabitur? Et iudicabit id quod est natura preputium legem adimplens te
qui per litteram et circumcisionem prevaricator legis es? Non enim qui in manifesto iudeus est neque quae in manifesto in carne est circumcisio sed qui in abscondito iudeus est et circumcisio cordis in spiritu non litera cuius laus non ex hominibus sed ex deo est.

Quid amplius gentis iudeo? Aut quae utilitas circumcisionis? Multum per omnem modum primum quidem quia credita sunt illis eloquia dei. Quid enim si quidam illorum non crediderunt. Numquid incredulitas illorum fidem dei euacuauit? Absit. Est autem deus verax omis autem homo mendax sicut scriptum est. Vt iustificeris in sermonibus tuis et uincas cum iudicaris. Si autem iniquitas nostra iustitiam dei commendat quid dicemus? Numquid iniquus est deus qui inducit iram? Secundum hominem dico absit. Alioquin quomodo iudicabit deus hunc mundum? Si enim veritas dei in mea commendatio habundauit in gloriam ipsius quid adhuc ego tamquam peccator iudicor? Et non sicut blasphemamur et sicut aiunt nos quidam dicere faciamus mala ut veniant bona quorum damnatio iusta est. Quid ergo precellimus eos? Nequaquam. Causati enim sumus iudeos et gentes omnes sub peccato esse sicut scriptum est. Quia non est iustus quisquam non est intelligens non est requirens deum. Omis declinauerunt simul inutiles facti sunt non est qui faciat bonum non est usque ad unum. Sepulchrum patens est guttur eorum linguis suis dolose agebant venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledicto et amaritudine plenum est veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem contritio et infelicitas in viis eorum et viam pacis non cognouerunt non est timor dei ante oculos eorum. Scimus autem quia quecumque lex loquitur his qui in lege sunt loquitur ut omne os obstruatur et subditus fiat omis mundus deo. Quia ex operibus legis non iustificabitur omis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est testificata a lege et prophetis. Iustitia autem dei per fidem iesu christi in omis et super omis qui credunt in eum non est distinctio. Omis enim peccauerunt et egent gloria dei iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem quae est in christo iesu quem proposuit deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius ad ostendendam iustitiam suam per re-

sunt nos liberati a peccato. servi autem facti dei
habetis fructum vestrum in sanctificatione
finem vero vitam eternam. Stipendia enim
peccati mors. gratia autem dei vita eterna in
xpo ihu domino nro.

VII

Ignoratis fratres scientibus legem
quia lex in homine dominatur quan
to tempore vivit. Nam quae sub viro est
mulier vivente viro alligata est
legi. Si autem mortuus fuerit vir eius
exhalata est a lege viri. Igitur vivente viro
vocabitur adultera si fuerit cum alio
viro. Si autem mortuus fuerit vir eius
liberata est a lege viri ut non sit adul
tera si fuerit cum alio viro. Itaque fratres
mei et nos mortificati estis legi per
corpus xpi ut simus alterius qui
ex mortuis resurrexit ut fructifi
cemus deo. Cum enim essemus in carne pas
siones peccatorum quae per legem erant ope
rabantur in membris nostris ut fructificarent
morti. Nunc autem solutti sumus
a lege mortis in qua detenebamur
ita ut serviamus in novitate spiritus et non
in vetustate litteae. Quid ergo dicemus
lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognovi
nisi per legem. Etenim concupiscentiam
nesciebam nisi lex diceret
non concupisces. Occasione autem accepta
peccatum per mandatum operatum est in me
omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum
mortuum erat. Ego autem vivebam sine
lege aliquando. Sed cum venisset mandatum
peccatum revixit. Ego autem mortuus sum.
Et inventum est mihi mandatum quod
erat ad vitam hoc est ad mortem. Nam
peccatum occasione accepta per mandatum
seduxit me et per illud occidit
me. Itaque lex quidem sancta et mandatum
sanctum et iustum et bonum. Quod ergo bonum est
mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum
apparuit peccatum per bonum operatum est
mihi mortem ut fiat supra modum
peccans peccatum per mandatum. Scimus enim
quia lex spiritalis est. Ego autem carnalis
sum venumdatus sub peccato. Quod enim
non intelligo non enim quod volo bonum hoc
ago sed quod odio habeo malum id facio. Si autem
quod nolo id facio consentio legi quoniam bo
na. Nunc autem iam non ego operor illud
sed quod habitat in me peccatum. Scio enim quia non
habitat in me hoc est in carne mea bonum.
Nam velle adiacet mihi non autem invenio
bonum non enim invenio bonum quod volo bo
num hoc facio sed quod nolo malum hoc ago.
Si autem quod nolo malum hoc ago
iam non ego operor
illud sed quod habitat in me peccatum. Invenio
igitur legem volenti mihi facere bonum
quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim
legi dei secundum interiorem hominem video autem aliam
legem in membris meis repugnantem
legi mentis meae et captivantem me
in lege peccati quae est in membris meis. In
felix ego homo quis me liberabit
de corpore mortis huius? Gratia dei per
dominum nostrum ihesum xpm. Igitur ego ipse mente
servio legi dei carne autem lege peccati.
Nihil igitur nunc damnationis est
his qui sunt in xpo ihesu qui non secundum
carnem ambulant. Lex enim spiritus vitae in
xpo ihesu liberavit me a lege peccati et mor
tis.

VII

Nam quod impossibile erat legi
in qua infirmabatur per car
nem deus filium suum mittens similitudinem
carnis peccati et de peccato damnavit
peccatum in carne ut iustificatio legis im
pleretur in nobis. Qui non secundum carnem
ambulamus sed secundum spiritum. Qui enim
secundum carnem sunt quae carnis sapiunt
Qui vero secundum spiritum sunt quae sunt spiritus sapiunt.
Nam prudentia carnis mors
est. Prudentia autem spiritus vita et pax. Quo
niam sapientia carnis inimica est
deo legi enim dei non subiecta est nec enim potest.
Qui autem in carne sunt deo placere non pos
sunt. Vos autem non estis in carne sed in spiritu
si tamen spiritus dei habitat in vobis. Si quis
autem spiritum xpi non habet hic non est eius.
Si autem xpus in vobis corpus quidem
mortuum est propter peccatum spiritus vero
vivit iustitiam. Quod si spiritus eius qui suscitavit
ihesum a mortuis habitat in vobis qui suscitavit ihesum xpum a
mortuis.

fres debitores sumus non carni ut sec
carne viuamus. Si enim secm carnem
vixeritis moriemini. Si autem spiritu
facta carnis mortificaueritis viuetis.
Quicumq; enim spiritu dei agunt hi
filii sunt dei. Non enim accepistis spiritum seru
tutis iterum in timore. Sed accepistis
spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus
abba pater. ipse enim spiritus testimo
nium reddit spiritui nro. quod sumus fili
i dei. Si autem filii. heredes. heredes quidem
dei. coheredes autem xpi. si tamen compa
timur. ut simul glorificemur. Existi
mo enim quod non sunt condignae passiones
huius temporis ad futuram gloriam que
reuelabitur in nobis. Nam expectatio
creature reuelationem filiorum dei ex
pectat. Vanitati enim creatura subiec
ta est non volens. sed propter eum qui subiec
it eam in spe. quia et ipsa creatura libe
rabitur a seruitute corruptionis in
libertatem gloriae filiorum dei. Scimus enim
quod omnis creatura ingemiscit et par
turit usque adhuc. Non solum autem
illa sed et nos primitias spiritus habentes
et ipsi intra nos gemimus adoptio
nem filiorum dei expectantes redemp
tionem corporis nri. Spe enim salui facti sum
mus. Spes autem quae videtur non est spes
Nam quod videt quis quid sperat.
Si autem quod non videmus speramus
per patientiam expectamus. Similiter autem et spiritus adiuuat infirmitatem
nram. Nam quid oremus sicut
oportet nescimus. Sed ipse spiritus po
stulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur
corda scit quid desideret spiritus.
Sed dm pro sanctis postulat. Scimus autem
quoniam diligentibus dm omnia cooperantur
in bonum his qui secundum propositum uocati
sunt sancti. Quos enim praesciuit
et praedestinauit conformes fieri imaginis
filii sui ut sit ipse primogenitus in
multis fratribus. Quos autem praedestinauit
hos et uocauit. Et quos uocauit
hos iustificauit. Quos autem iusti
ficauit illos et glorificauit. Ad
quid dicemus ad haec. Si deus pro nobis. quis

genam
bili
b

contra nos. Qui etiam pro filio suo non
pepercit. sed pro nobis omnibus tradidit
illum. Quomodo non etiam cum illo omnia
nobis donauit. Quis accusabit
aduersus electos dei. Deus qui iustifi
cat. Quis est qui condempnet. Christus
ihesus qui mortuus est. imo qui et
resurrexit qui est ad dexteram dei
qui et intercedit pro nobis. Quis ergo
nos separabit a caritate xpi. Tribu
latio. an angustia. an fames. an
nuditas. an periculum. an persecutio. an
an gladius. Sicut scriptum est. Quia
propter te mortificamur tota die. Aestimati sumus ut oues occisionis.
Sed in his omnibus superamus propter eum
qui dilexit nos. Certus sum enim
quia neque mors. neque uita. neque angeli. neque
principatus. neque potestates. neque in
stantia. neque futura. neque fortitudo.
neque altitudo. neque profundum. neque crea
tura alia poterit nos separare a ca
ritate dei quae est in xpo ihesu dno nro.

Veritatem dico
in xpo ihesu non mentior testi
monium mihi perhibente michi conscientia mea
in spiritu sancto. quoniam tristitia mihi est magna
et continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse a xpo
pro fratribus meis qui sunt cognati mei
secundum carnem qui sunt israelite. quorum ad op
tio filiorum et gloria et testamentum et le
gislatio et obsequium et promissa
hi sunt patres. et ex quibus est xpus secundum
carnem qui est super omnia deus benedictus in secula amen. Non autem quod
ergo excidit uerbum dei. Non
omnes qui sunt israelite hi
qui semen sunt abrae omnes sunt filii sed
in ysaac uocabitur tibi semen. id est
non qui filii carnis hi filii dei sed qui
filii sunt promissionis aestimantur
in semine promissionis. Haec
hoc est secundum hoc tempus ueniet. et erit
sara filius. Non solum autem illa sed et
rebecca ex uno concubitum habens gem
nos filios isaac patris nri. Cum enim
nondum nati essent aut aliquid
bonum egissent aut mali ut secundum

RO

clamone ꝓpositum dei manet in ꝰ
eternum. Si enim cognoscente deum et ex ma
ioribus eius mundum sue sapientie est ta
men diligentes eum omnia habent. Sed
ꝗ dicemus. Numquid iniquitas
apud deum. Absit. Moysi enim dicit. Mise
ror cui misericordiam et miseb[or] cui misericordiam pre
stabo. Igitur non volentis neque cur
rentis sed miserentis dei. Dicit enim scriptura pharaoni. Quia
ideo ipsum excitauit te ut ostendam
in te virtutem meam et ut annuntiet
ur nomen meum in omni terra. Ergo
cuius vult miseretur et quem vult
indurat. Dicas mihi. Quid adhuc queritur. Voluntati
eius quis resistit. O homo tu quis
es qui respondeas deo. Si quid
dicit figmentum ei qui se finxit.
Quid me fecisti sic. An non habet potes
tatem figulus luti ex eadem ma
sa facere aliud quidem vas in honorem
aliud uero in contumeliam. Sed si deus
volens ostendere iram suam et notam
facere potentiam suam sustinuit in
multa patientia vasa ire aptata
in interitum ut ostenderet diuitias
gloriae suae in vasis misericordie que parauit in
gloriam. Quos vocauit nos non so
lum ex iudeis sed et ex gentibus sicut
et osee dicit. Vocabo non plebem me
am plebem meam et non dilectam meam
dilectam meam et non misericordiam
consecutam misericordiam consecutam. Et erit in
loco ubi dictum est eis. Non plebs mea tu
es. Ibi vocabuntur filii dei viui. Isa
ias autem clamat pro israel. Si fuerit
numerus filiorum israel sicut arena maris
reliquiae salue fient. Verbum enim consu
mans et abbreuians in iustitia quia
verbum breuiatum faciet dominus super
terram. Et sicut predixit isaias
nisi dominus sabaoth reliquisset nobis se
men sicut sodoma fuissemus et sicut
gomorra similes fuissemus. Quid
ergo dicemus. Quod gentes que non
sectabantur iustitiam apprehende
runt iustitiam iustitiam autem
que ex fide est. Israel autem sectando legem
iustitie non legem iustitie non pertigit.
Quare. Quia non ex fide sed quasi ex operibus
Offenderunt in lapidem offen
sionis sicut scriptum est. Ecce pono in
sion lapidem offensionis et petram
scandali et omnis qui crediderit in
eum non confundetur.

Fratres voluntas quidem cordis
mei et obsecratio ad dominum pro il
lis est in salutem. Testimonium enim perhibeo
illis quod emulationem quidem dei
habent sed non secundum scientiam. Ignorantes
enim dei iustitiam et suam querentes statuere
iustitiam dei non sunt subiecti. Finis enim legis
xpc ad iustitiam omni credenti. Moy
ses enim scribit quoniam iustitiam que ex le
ge est. Qui fecerit homo uiuet in ea.
Que autem ex fide est iustitia sic dicit.
Ne dixeris in corde tuo. Quis ascendet in
celum. Hoc est xpm deducere de
uocare. Sed quid dicit scriptura. Prope
est uerbum in ore tuo et in corde
tuo. Hoc est uerbum fidei quod predicamus.
Quia si confitearis in ore tuo dominum ihesum et
in corde tuo credideris quod deus illum su
scitauit a mortuis saluus eris. Corde enim
creditur ad iustitiam ore autem
confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura
Omnis qui credit in illum non con
fundetur. Non enim est distinctio iudei et
greci. Nam idem dominus omnium diuitis
omnes qui inuocant illum. Omnis enim
quicumque inuocauerit nomen domini
saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt
eum in quem non crediderunt. aut quomodo cre
dent eum quem non audierunt. Quomodo autem au
dient sine predicante. Quomodo autem predi
cabunt nisi mittantur. Sicut scrip
tum est. Quam speciosi pedes euangelizantium
pacem euangelizantium bo
na. Sed non omnes obediunt euangelio.
Isaias enim dicit. Domine quis credidit
auditui nostro. Ergo fides ex auditu
auditus autem per verbum xpi. Dico
numquid non audierunt. Et quidem
in omnem terram exiuit sonus eorum et
fines orbis terre verba eorum. Dico numquid

quod istud non cognoverunt Israhelitæ mos
ses dixit. Ego ad emulationem vos
adducam in populo non gente stulta
provocabo vos in populum insipiens.
as autem audet et dicit: Inventus sum
A non quærentibus me palam apparui his
qui me non interrogabant. Ad Israel autem
dicit: Tota die expandi manus meas
ad populum non credentem sed contradi
centem mihi.

Dico igitur: Numquid repulit deus po
pulum suum? Absit. Nam et ego Israhe
lita sum ex semine Abrahe de tribu
Beniamin. Non repulit deus plebem su
am quam præsciuit. An nescitis in Helia
quid dicit scriptura? Quomodo interpe
llat deum adversus Israel? Domine prophetas
tuos occiderunt altaria tua fuerunt de
structa. Et ego relictus sum solus et quæ
runt animam meam. Sed quid illi dicit divinum
responsum? Reliqui mihi VII milia vi
rorum qui non curvaverunt genua sua ante
Baal. Sic igitur et hoc tempore reliquiæ secundum
electionem gratiæ dei salvæ facte sunt. Si autem
gratia dei iam non ex operibus. Alioquin
gratia iam non est gratia. Quid igitur
dicemus? Hoc enim est ascendimus electio autem
ascendit. Ceteri autem excecati sunt sicut scrip
tum est: Dedit illis deus spiritum compunctionis
oculos ut non videant et aures
ut non audiant usque in hodiernum diem.
Et David dicit: Fiat mensa eorum coram
ipsis in laqueum et in captionem et in scan
dalum et in retributionem illis. Obscu
rentur oculi eorum ne videant et dorsum
eorum semper incurva. Dico igitur:
Numquid sic offenderunt ut cadentes
Absit. Sed illorum delicto salus est gentibus
ut illos æmulentur. Si autem delictum
eorum divitiæ sunt mundi et diminutio
eorum divitiæ gentium quanto magis ple
nitudo eorum. Vobis autem dico gentibus. Quan
diu quidem ego sum gentium apostolus mi
nisterium meum honorificabo. Si quo
modo æmulando provocem carnem
meam et salvos faciam aliquos ex il
lis. Si enim amissio eorum reconciliatio est
mundi quæ assumptio nisi vita ex mor
tuis

Quod si delibatio sancta est et massa et
radix sancta est et rami. Quod si aliquis eorum
ramus fractus est tu autem cum oleaster
es insertus es in illis et factus es radicis
et pinguedinis olivæ noli gloriari adversus ramos. Quod
si gloriaris non tu radicem portas sed
radix te. Dicis igitur: Fracti sunt rami ut
ego inserar. Bene propter incredulitatem
fracti sunt tu autem fide stas. Noli
altum sapere sed timete. Quia si deus natu
ralibus ramis non pepercit ne forte
nec tibi parcat. Vide igitur bonitatem
et severitatem dei in eos qui ceci
derunt severitatem in te autem bonitatem
si permanseris in bonitate. Alioquin
et tu excideris. Illi autem si non permanse
rint incredulitate inserentur.
Potens est enim deus rursum inserere illos.
Nam si tu ex naturali excisus es
oleastro et contra naturam insertus
es in bonam olivam. Quanto magis
hi qui secundum naturam inserentur
huic olivæ. Nolo enim vos ignorare fratres
mysterium hoc ut non vos sapi
entes sitis quia cecitas ex parte contigit
in Israel donec plenitudo gentium intraret. Et sic omnis Israel salvus
fieret sicut scriptum est: Veniet ex Sion
qui eripiat et avertat impietates
ab Iacob. Et hoc illis a me testa
mentum cum abstulero peccata eorum.
Secundum evangelium quidem inimici
propter vos secundum electionem autem charissimi
propter patres. Sine pœnitentia enim sunt dona et vocatio
dei. Sicut enim aliquando vos non cre
didistis deo nunc autem miseriam consequ
ti estis propter incredulitatem illorum ita
et isti nunc non credunt in vestram
misericordiam ut et ipsi misericordiam consequantur.
Conclusit enim deus omnia in incredulitate
ut omnium misereatur. O altitudo
divitiarum sapientiæ et scientiæ dei quam
incomprehensibilia sunt iudicia eius
et inuestigabiles vie eius. Quis
enim cognovit sensum domini aut quis
consiliarius eius fuit aut quis
prior dedit illi et retribuetur ei.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

XIII

Infirmum autem in fide assumite non in
discrepationibus cogitationum. Alius
credit manducare se omnia. Qui
autem infirmus est olus manducet. Is
qui manducat non manducantem non
spernat. Et qui non manducat man
ducantem non iudicet. Is qui manducat
non manducantem. Deus enim illum
assumpsit. Tu quis es qui iudicas
alienum seruum? Suo domino stat aut
cadit. Stabit autem. Potens enim est
illum stare. Alius iudicat di
em inter diem. Alius iudicat omem
diem. Unusquisque in suo sensu ha
bundet. Qui sapit diem domino sapit.
Et qui manducat domino manducat
gratias enim agit deo. Et qui non manduc
at domino non manducat. Et gratias agit
deo. Nemo enim sibi uiuit. Et nemo
sibi moritur. Siue enim uiuimus domino
uiuimus. Siue morimur domino mo
rimur. Siue igitur uiuimus siue mo
rimur domini sumus. In hoc enim xpc
mortuus est et resurrexit ut et mor
tuorum et uiuentium dominetur. Tu autem
quid iudicas fratrem tuum? Omnes enim
stabimus ante tribunal xpi. Scriptum
enim est. Viuo ego dicit dominus quia
mihi flectetur omne genu et omnis
lingua confitebitur deo. Itaque unus
quisque nostrum pro se rationem reddet deo.
Non igitur amplius inuicem iudicemus.
Sed hoc iudicate magis ne ponatis
offendiculum fratri uel scandalum. Oio
et confido in domino ihu quia nihil commune
per ipsum nisi cui existimat quid
quam esse illi commune. Qui enim propter cibum
frater tuus contristatur iam non secundum ca
ritatem ambulas. Noli cibo tuo il
lum perdere pro quo xpc mortuus
est. Non igitur blasphemetur bonum
nostrum. Non enim est regnum dei esca et po
tus iustitia et pax et gaudium in spiritu
sancto. Qui enim in hoc seruit xpo placet
deo et probatus est hominibus. Igitur ea quae pacis
sunt sectemur et quae aedificationis
sunt inuicem custodiamus. Noli
propter escam destruere opus dei. Omnia

quidem munda sunt sed malum est homini qui
per offendiculum manducat.
Bonum est non manducare carnem et non
bibere uinum neque in quo frater tuus
offendit aut scandalizatur aut
infirmatur. Tu qui habes fidem penes te
ipsum habe coram deo. Be
atus qui non iudicat semet ipsum in
eo quod probat. Qui autem discernit si
manducauerit damnatus est quia non
ex fide. Omne autem quod non ex
fide peccatum est.

Debemus autem nos firmiores in
firmitates infirmorum sustinere
et non nobis placere. Unusquisque uestrum
proximo suo placeat in bonum ad aedi
ficationem. Etenim christus xpc placuit
sibi sed sicut scriptum est. Improperia imprope
rantium tibi ceciderunt super me. Quecumque
enim scripta sunt ad nostram doctrinam scrip
ta sunt ut per patientiam et consolationem scrip
turarum spem habemus. Deus autem pa
tientiae et solatii det uobis id ipsum
in inuicem secundum ihum xpm ut u
nanimes uno ore honorificetis de
um et patrem domini nri ihu xpi. Propter
quod suscipite inuicem sicut et xpc
suscepit nos in honorem dei. Dico
enim ihu xpm ministrum fuisse ci
rcumcisionis pro ueritate dei ad confir
mandas promissiones patrum. Gentes
autem super misericordia honorare deum sicut scrip
tum est. Propterea confitebor tibi in gentibus
domine et nomini tuo cantabo. Et iterum
dicit. Laetamini gentes cum plebe eius. Et
